





1776.

1. Kraus, Franciscus Josephus: De vicariis Tu. Helico.

1778

1. Charlen, Christianus Casimirus: De servis Nethiis partus Europae et in iis coloniis Americae
2. Meyler, Johann W. Adolmus: De vicariis Imp. Rom. Sacra. specialim de vicariatu Germaniae Inferioris Eborac. N III Angliae Regia. 1338 Commissus.

1779

1. Reisseisen, Johann Daniel: Jurisprudentiae d. p. lo. analiticae specimina VI.

1780.

1. Kern, Anton Henricus: De potestate Imperatoris circa concessiones privilegiorum.
Reisseisen Daniel
2. ~~Thomann~~ Johann Franciscus: De beneficiis deloso.

1782.

1. Thomann, Johann Franciscus: De beneficiis culpato.



1783.

1. Braun, Johannes David : Num beneficium competential
ab imo laque inde provenientia eod' alteri atque d' oneri
possint ?
2. Braun, Johann David : Historia juris adreconali
3. Dorned, Benedictus Franciscus Carolus Pentaleon :
De militari testamento.
4. Foccart, Anton Joseph Blasius : De dominio
5. Reisseisen, Johannes David : De renovationibus ban-
norum
6. Treiblinger, Johann Christianus : De origine decimarum
ecclesiarum
7. Weiler, Joh. Henr : De poena parricidii secundum
leges Germanicas et Gallicas.

1764.

1. Trachtenkupper, Jacobus Frid : De finium requirarum
actione.

ial

ni

7 -

ankm

m

m



1743
1. Baum, Johann David: Von der Naturgeschichte
der Gegend um die Provinz Sachsen
1743

2. Baum, Johann David: Beschreibung der Provinz
Sachsen, des Landes Brandenburg, des
Hochstifts Halbes, des Fürstentums
Sachsen-Altenburg.

3. Baum, Johann David: Historie der Provinz
Sachsen.

4. Baum, Johann David: Historie der Provinz
Sachsen.

5. Baum, Johann David: Historie der Provinz
Sachsen.

6. Baum, Johann David: Historie der Provinz
Sachsen.

1744
1. Baum, Johann David: Historie der Provinz
Sachsen.







IN OMNIBUS REGIBUS TURICIS
HONORATO ITALICO

PRO LICENTIA
UT ADIUR DOCTORES

DE UNIVERSITATE

DE UNIVERSITATE TURICIS

DE UNIVERSITATE TURICIS

DE UNIVERSITATE TURICIS

DE UNIVERSITATE TURICIS

DE UNIVERSITATE TURICIS

DE UNIVERSITATE TURICIS

DE UNIVERSITATE TURICIS

DE UNIVERSITATE TURICIS

DE UNIVERSITATE TURICIS

DE UNIVERSITATE TURICIS

DE UNIVERSITATE TURICIS

DE UNIVERSITATE TURICIS

DE UNIVERSITATE TURICIS

DE UNIVERSITATE TURICIS

DE UNIVERSITATE TURICIS

DE UNIVERSITATE TURICIS





14.

440

7-

1787, 1.

DE
VENEFICIO DOLOSO

JOHANNES JACOBUS ERIDIUS
PRESIDE

JOHANNE DANIELE REISSEISSEN

J. U. D. PAND. ET JUR. CANON. PROF. PUBL. ORD.
CAPIT. THOM. CANON.

D. XI. SEPTEMBRIS A. MDCCLXXXI.

DISPUTABIT
JOHANNES FRANCISCUS EHRMANN
ARGENTORATENSIS

DUCTOR

H. L. Q. C.

ARGENTORATI

Typic JOH. HENRICI HEITZII, Univerſitatis Typographi.



2440

6



ILLUSTRI
LARGITIONIS QUAE
JOHANNES JACOBUS FRIDIUS
ARGENTINENSIS OLIM SYNDICUS
MEMORIAM SUI
STABILIVIT
DIRIBITORUM COLLEGIO
VIRIS
DE RE PUBLICA ET LITTERARIA
OPTIME MERITIS
PATRONIS ATQUE FAUTORIBUS
ÆTERNO PIETATIS CULTU
PROSEQUENDIS
HAS PAGELLAS
IN GRATISSIMI ANIMI
PIGNUS

D. D. D.

AUCTOR.



L. B.

Plura in hac Dissertatione invenies, quæ propius ad Medicinam, quam ad Jurisprudentiam spectare videntur. Ab iis tractandis plane abstinuissẽm; ni ex Prælectionibus Chemicis Clarissimi SPIELMANNI Nostratis & ex quotidiana conversatione cum optimo Patre, hujus civitatis Physico, plura didicissẽm, quæ materiam electam illustrare queant.

In digerendo hoc opusculo Consultissimi Præsidis usus
suum consiliis; qui tamen meo arbitrio reliquit, eam, quæ
mihi arrideret, amplecti sententiam. Attamen haud raro ar-
gumentorum pondere victum, in suam, me pedibus ivis-
se, honori duco.

Da veniam erroribus; maturior ætas maturiores forte
fructus dabit.



Per in hac Dissertatione investigatur, quæ prospectus sit
hominum, quam ad suscipiendam salutem valentiam
et de ratione plane cognoscitur, et ex Traditionibus
Quædam Christianæ doctrinæ rationes de ex doctrina
in conversatione cum optimo Patrie, hujus civitatis
hoc plus habetur, que antea non electam illius
re decant.



SECTIO I.
DE VENENO.

CAPUT I.

De ejus nomine & definitione.

§. I.

Veterum Auctorum.

Veneni vocabulum vario apud Romanos veniebat sensu. Paulo latius acceptum omne id continet, quod adhibitum, ejus naturam, cui adhibitum est, mutat ¹⁾. Quum autem illorum nonnulla naturam in melius, quædam in pejus mutant, sive, ut cum CAJUS ²⁾ loquar, tam medicamenta, quam quæ nocent, veneni nomine contineantur; illa venena bona, hæc autem venenamala vocaverunt. Secuti in eo Græcorum exemplum, qui τὰ φάρμακα distinxerunt in ἐσθλά & λυγρά ³⁾. Sed hæc epitheta non semper adjecta deprehendimus, & idem nomen mox bonum quid, mox ejus contrarium significat, prout id suadeat verborum connexio. Ejusmodi vocabula nominaverunt media sive communia ⁴⁾. Attamen ut plurimum in

1) CAJUS in L. 236. ff. de V. S. Hans L. erudite explicat HUBERTUS GREGORIUS vanVRYHOFF in Diss. ad L. 6. §. 5. π. de Divis. rer. §. qualit. L. 16. §. 8. de Pen. Et L. 236. π. de V. S. Lugd. Bat. 1735. Eam exhibet OELRICHS TheJaur. Diss. jurid. selectiss. in Acad. Belg. hab. Vol. I. T. III. Diss.

24. p. 191.

2) I. c. cum eo conspirat MARCIANUS in L. 3. ff. ad L. Corn. de Sic. Et venef.

3) HOMER. Odyss. IV. v. 230.

4) A. GELL. N. A. L. XII. c. 9. ULP. in L. 1. §. 3. de Serv. corrupt. & MARCIAN. l. c.

malam partem dicuntur *venena*, in bonam *φάρμακα*. Illud ex MARCIANO 5), hoc ex ARISTOTELE 6) & HIPPOCRATE 7) patet; qui ad designandum *venenum malum*, voci *φάρμακον* adjicere solent *σκλην ήριον*, *θανατήφορον*, *τοξικόν* & similia, quæ verba, si omittunt, *φάρμακον* eis plerumque medicamentum est 8).

Apud Latii poetas *veneni* vox sæpe pro pigmento vel tinctura & præcipue purpura sumebatur, quam *Assyrium venenum* vocat VIRGILIUS 9). hunc vero significatum priori originem debere non abs re suspicor, quod pleraque pigmenta atque tincturæ reapse venena sint vel bona vel mala, & a veteribus iis adnumerentur, id quod de purpura in specie ad illorum classem pertinente abunde probare possum ex HIPPOCRATE 10), DIOSCORIDE 11) atque PLINIO 12).

Venenum sensu quoque magico occurrit apud HORATIUM 13), qui sic:

Quæ suga, quis te solvere Theßalis

Magus venenis, quis poterit deus?

Reliquas apud veteres usitatas *Veneni* significaciones, quæ plerumque metaphoricæ sunt, tanquam a scopo nostro alienas mittamus, & quid recentiores in describendo definiendoque veneno præstiterint, videamus.

§. II.

Recentiorum auctorum.

Temporibus lapsu *veneni* nomen fere semper de *veneno*

5) in L. I. §. I. ff. ad L. Corn. de Sic. & venef.

6) *Problemat. Sect. 1. Probl. 48.*

7) *Aptorism. L. IV. Sect. 4. Aph.*

21. L. VII. Sect. 7. aliisque locis.

8) Immo quandoque pro cibis delicatissimis sumebatur. EL. SPART. in *Adriano c. 21. Inter cibos unice amabat tetrapharmacum seu potius pentapharmacum, quo postea semper Adrianus est usus, ipse dicitur reperisse, hoc est sumen, phasianum, pavonem, pernam*

crustulatum & aprugnam. LAMPRI- DIUS in Alexandro Severo c. 30 Ususque est Adriani tetrapharmacum frequenter, de quo in libro suo Marius Maximus loquitur.

9) *Georg. II. v. 465.*
10) *de Victus ratione Sect. IV. Lib. II. p. 25. edit. Erf. 1575. fol.*

11) *Lib. II. c. 4.*

12) *Hist. Nat. L. XXXII. c. 6. S.*

21. ed. HARD. & c. IO. S. 41.

13) *Lib. I. od. 27.*

malis fumebatur, atque nocivum quid designabat. In illo autem definiendo tam a veteribus, quam inter se ipsos, mirum in modum discrepant recentiores scriptores. Quod si hæc differentie jurisprudentiam non tangerent, Jcti non esset, se his tricis immiscere. Quum vero, in crimine veneficii iudex sententiam veneni superstruere definitioni venearur; illius notionem sollicitè definiri, Jctis quam maxime interesse, quis non videt? Nam si iusto latior est veneni definitio, innocentis fama, quinimo vita periclitatur. Quod si e contrario paululum restrinxeris veneni limites, impunitate gaudebunt facinorosi. Jamjam video Jctos, qui unico verbo, tanquam Alexandri gladio, huncce nodum solvere cupiunt. Hæc, ajunt, nos minime curamus, ableganda sunt ad forum medicum. Verum enim vero, si ipsi Medici, de quibus præcipue hic sermo est, satis diversas definitiones exhibent, prout ex hac aut ex illa schola exierunt; si etiam non paucis medicorum omnes hætenus, vel a celeberrimis auctoribus datæ veneni definitiones aut descriptiones nimis vagæ ac incompletæ videntur; quo se vertat tandem Jctus? Juramentum quod Medicis, qui in his causis consuli solent, defertur vel jam ratione officii præstitum eos obligat, judicem securum præstare non potest, quum conscientiam tantum stringat, non autem illorum opiniones corrigat.

Duo præcipue media, quibus his incommodis obviam eatur, superesse mihi videntur. Alterum, ut legislator ipse, quid sub *veneni* voce intelligi vult, dicat, quod pro tempore ratione fecerunt *Romani* ¹⁴⁾ & *Galli* ¹⁵⁾. Alterum,

14) v. Tit. ff. ad L. Corn. de Sic. & venef.

15) EDIT DU ROI pour la punition de différens crimes; donné à Versailles au mois de Juillet 1682. Registré en Parlement le 31. Août audit an. art. 6. & 7. Renouvelé par la DECLARA-

TION DU ROI concernant les Empoisonneurs; donné à Versailles le 14. Mars 1780. Registré en Parlement le 20. desdits mois & an. Edictum illud exhibent quoque les Causes célèbres T. I. art. célèbre Empoisonneuse. & Recueil d'Ord. d'Alsace, nouv. éd. T. I. p. 112.

ut Jctus quod legislator omisit, suppleat, adeoque ipse celeberrimorum Medicorum definitiones rimetur, eamque eligat, quæ intentioni legislatoris consentanea magis esse videatur. Eundem in finem quoties decisioni medicæ locus sit, artis peritos adigat judex, ut, veneni definitionem, cui favent, responsis adjiciant, præsertim si respondentium doctrina pluribus nondum inclaruerit testimoniis. His rationibus adductus, omnes, quas vidi, definitiones veneni ac descriptiones¹⁶⁾ examinavi atque comparavi; ex quo labore mox compertus sum, plerosque scriptores venena propria cum impropriis, in sensu lato sumpta cum stricte sumtis confundere, & præterea alios magis ad forum juridicum; alios ad medicum magis respexisse. Inde mirum in modum a se invicem dissentiant. In tanta rerum confusione optimum factu erit, sectæ studium penitus abjicere & vagas notiones, quantum fieri potest, definire. Missis igitur quæ scopo medico, non autem juridico inserviunt definitionibus; missa veneni notione in sensu lato sumpta, qua omnis materia, quæ humano corpori applicata nocet, comprehenditur; illud præcipue videamus, quid sub veneno in sensu stricto intelligi debeat.

S. III.

Vera definitionis illustratio.

Venenum τοξικόν, Poison, (Gist, 17) in sensu stricto est corpus, quod nunquam alit; sed naturam animalem mutat, & ultra certam quantitatem experientia determinatam assumptum necat.

16) Multas a medicis, qui superiori ætate vixerunt, datas veneni definitiones exhibet LANZONI de Venenis. In ejus oper. Lausannæ 1738. 4. T. I. & LINDENSIOLPE edit. a STENTZELIO de Venen. Erf. & Lips. 1739. 8. Inter recentiores talia dederunt MEAD de Venen. HEBENSTREIT Anth. for. GMELIN Joh. Fried. Alla. Gesch. der Gifte, 1. Th. Leipzig. 1776. 8, & multi

alii, qui de venenis sermonem fecerunt. 17) A Geben. Leg. SS. Joh. de S. Franc. do duchte in wi in richte Gist were an derselben tat gegeben. vid. Glossarium Germanicum mediæ ævi auctore JOH. GEORG. SCHERZIO, editum, illustratum, supplementum J. J. OBERLINO, fol. T. I. prodibit Argentorati 1781. v. Gist.

Ex hac definitione sequentes fluunt propositiones. I. Venena nunquam alunt. II. Illa naturam animale[m] mutant, & III. Ultra certam quantitatem experientia determinatam assumta necant.

Quum igitur venena nunquam alant; prono alveo inde fluit, huc non pertinere, quæ alimentis accensentur¹⁸⁾ nisi corrupta illorum naturam induerint.

Quumque porro toxica naturam animale[m] mutant; sequitur, ea esse φάρμακα, medicamenta, vocabulis his sensu lato sumtis¹⁹⁾.

Ultimum atque præcipuum illorum requisitum in eo consistit, quod ultra certam quantitatem experientia, quantum fieri potest, determinatam necent. Exinde sequitur, nihil interesse, an corpus aliquod revera mortem intulerit, an vero lata ope evaserit æger; dummodo illud in ea quantitate, qua sumtum fuit, lethiferum esse, experientia edocti sumus. Ex eodem principio sequitur, in foro criminali nihil interesse, majus ne an minus sit materiæ mortiferæ volumen, adeoque omittenda esse, quæ plerique auctores venenorum notioni addunt, nimirum, quod parva vel minima quantitate lethifera sint. Hæc enim limitatio, ut taceam, quod sit vaga, definitionem veneni in veneficio nimis strictam reddit, adeoque, licet Medicis forsân utilissima sit, Jctum certe in errorem ducere potest. Nam corpora minima veneficiis quidem aptiora esse, nullus dubito, cur autem corpora in majori quantitate demum certo necantia e venenorum numero eliminari debeant, non video; quum ex hac classe periculosissima, quod difficilius detegi queant, ut plurimum parentur toxica, scilicet venena lenta, in quorum applicatione eo potissimum artificio utuntur scelesti, ut per temporum intervalla, & divisis portionibus, magnam veneni quantitatem corpori ingerant, & ita pharmaco in magna

A 3

18) SPIELMANN *Inst. Mat. Med.* Proleg. S. 2.

19) *Idem* l. c.

dosi dato mortem afferunt, quod in parva lethifera haud fuisset. Ex his omnibus denique colligi potest, quaedam venena, in minori quantitate sumta, posse medicamentorum locum obtinere, & vice versa, medicamenta in majori quantitate data, vera venena evadere, uti videre est in *Tartaro emetico*, *Mercurio sublimato* &c. & in genere omnibus fere haecenus cognitis in nostris regionibus venenis. Talia itaque venena *relativa* sunt ad quantitatem dosis, qua subiecto cuidam applicantur. An vero dentur *venena absoluta*, quae in omni quantitate applicata mortem inferunt ²⁰⁾ ignoro. Sunt, qui ne *Arsenicum* quidem inter venena absoluta referunt, immo dantur medici, inter quos SLEVOGT. ²¹⁾ FRICCIUM, ²²⁾ & JACOBI ²³⁾ nominasse sufficit, qui *Arsenicum* intus & extus adhibendum publice commendant, & prior hujus pharmaci utilitatem in his morbis, per experimenta in quinquaginta hominibus facta ostendere conatus est. Quantum veritatis horum eruditorum assertioni bus insit, Medicis decidendum relinquo. Nec magis certi quid pronunciare ausim de utriusque Indiae toxicis, quorum mentionem faciunt, de Orientali *Macassarienti* ex sauciata arbore *Jpu*, s. *Upa* collecto, KEMPFER ²⁴⁾, de Americanis *Ticinas*, *Lama*, &c. de la CONDAMINE ²⁵⁾ HERRISANT ²⁶⁾ & FONTANA ²⁷⁾; nec non de venenis morsu quorundam animalium veneratorum aut furiosorum illatis. His saltem, si absoluta sint, non adnumerandum esse videtur canium rabidorum venenum, quod varias observationes adducit VAN SWIETEN ²⁸⁾ quibus patet, plures homines demorfos fuisset.

20) Eam differentiam agnoscere videtur cum aliis BOEHMER *Obs. II. ad Carpz. P. I. Q. XXI.* dum venena in quali & in quanto nocentia agnoscit.

21) In ejus *Propemptico de permissione prohibitorum & prohibitionis permissionum* ad Diff. KRAUSII & BAERI *de Capillis*, Jenae 1701.

22) in *Tract. de Virtute venenorum medica*. Ulm. 1701.

23) v. *Acta Acad. Mogunt. T. I.*

24) *Anamnat. exotic. Fascic. III. obs. 10.* p. 575. cf. STENTZEL & MULLER *Diff. de Venenis acutis. Viteb.* 1732.

25) *Mém. de l'Acad. R. d. S.* 1745. p. 489.

26) *Phil. Transact. Vol. 47.* p. 75.

27) *Phil. Transact. Vol. 70.* p. 163.

28) *Comment. in Barbavee Aphor. T. III. §. 1137.* p. 543.

se eodem tempore, & ab eodem cane rabido; quosdam periisse hydrophobos, licet variis medendi methodis usi fuerint; alios vero nullum aut leve modo malum, neutiquam tamen rabiem, inde percepisse, licet nullam omnino medelam adhibuissent. Hæc de nomine & notione veneni sufficiant. De illius divisionibus, quæ dicenda sunt, videamus.

CAPUT II.

De veneni Divisionibus.

§. IV.

Prima divisio.

Venena varie dividi possunt, prout vel in modum, quo agunt, vel in applicandi modum, vel agendi velocitatem inquirere cupis.

Secundum modum, quo agunt venena, dividi possunt in *mechanica* & *physica*. Illa sunt, quæ per se innoxia, uti cetera scindentia instrumenta cutellatis suis fibris intestina vulnerando morti causam præbent. Hæc sunt quæ interna a natura insita vi agunt. Omnia nunc hucusque nota venena recensere animus non est, partim ne majora sint, quæ aliorum causa complectimur, quam ipsa illa, quorum hæc causa præparantur; partim, quod, qui de venenis scripserunt, auctores largam messem fecerunt, quam adire cuivis licet; partim etiam quod, qui vitæ venenis insidiantur plura illorum aut non noscant, aut tanquam furiali scopo minus commoda, intacta relinquunt, ideoque non tantus sit venenorum in foro criminali obvientium numerus. Quamobrem præcipua quædam solummodo perlustrabo.

Ad *Mechanica venena* referuntur *Adamantis*, *Crystalli* & *Vitri* ramenta, quorundam metallorum limatura, & similia; quæ omnia eodem modo agunt, si in asperiori pulvere assumuntur. Quodsi autem in tenerimum pollen redacta sunt, absque mortis periculo deglutiri posse dicitur, nisi in corpore

resolvi queant. Tunc autem non forma sua externa; sed interna potius qualitate nocent, adeoque ad sequentem venenorum classem pertinent. Ex harum notionum confusione orta est opinionum diversitas, ita ut ab aliis quædam horum corporum venenis adnumerentur, quædam ab aliis ex eorum serie excluderentur²⁹). Cautum atque circumspectum JCI ut & Medici judicium & hic rem conficere, non est, quod moneam.

Venena Physica iterum dividuntur in *corrosiva*, *stupefacientia* s. *narcotica*, *adstringentia* & *animalia*.

Inter corpora, quæ venenâ largiuntur *corrosiva*, quæ sicuti *mechanica*, solutionem continui inferunt, quæque ex terræ visceribus potissimum desumpta sunt, eminent *Arsenicum* & omnis ejus gleba, *Regulus Antimonii*, *Acida fossilia* sive per se, sive ope metallorum concentrata³⁰). Ex regno animali *Cantharides*; *Euphorbium* ex vegetabili nominasse sufficiat³¹). Ad rodentia venena optimo jure referuntur etiam *medicamenta*, quæ ob summam agendi vim *drastica* vocantur, quales sunt: *Tartarus emeticus*, *Gummigutta*, *resina Scammonii*, *Jalappe* &c. justo majori ingesta dosi³²).

Illa venena, quæ, dum sensorium commune obnubilant, *vapnosw* inducunt, ideoque *narcotica* s. *stupefacientia* dicuntur, regno vegetabili potissimum debentur. Talia præbent præ reliquis *Cicuta*, *Opium*³³). *Solanum furiosum* s. *Bella-*

29) cf. LINDENSTOLPE de Ven. c. III. thes. 29. HOFFMANN & PARREIDT Diss. de causa & circumspecta veneni dati accusatione, Halle Magd. 1735. §. 22. sqq. LANZONI de Ven. e. 12. HEBENSTR. Ansb. for. S. II. m. II. c. 2. art. 5.

30) cf. SPIELMANN Instit. Mat. Med. v. Arsenicum, Antimonium &c. MACQUER Dict. de Chimie, art. Arsenic. HOFFMANN Diss. cit. STENTZEL & MULLEA Diss. de Ven. acut. Vit. 1732. ESCHENBACH Medic. Leg. C. I. S. I. §. 12. sqq. GMELIN Allgem. Gesch. der

Mineral. Gifte.

31) SPIELMANN l. c. v. *Cantharides* & *Euphorbium*. GMELIN Allgem. Gesch. der Pflanzen-Gifte.

32) cf. BOEHMER El. Jpâ. Crim. S. II. c. 20. §. 236. & Med. ad C. C. E. art. 130. §. I. MEISTER Princ. Jur. Crim. S. II. c. XXII. §. I. ESCHENBACH Med. Leg. C. I. S. I. §. 9. & HOME Princ. Med. P. II. S. 3.

33) TRALLES Usus opii salubris & noxius in morb. medela. Prælatavie 1757. 4.

Belladonna, *Mandragora* radix *hyoscyami* semen cum radice, qua, uti WEPFERUS 34) narrat, integer conventus Benedictinorum Rhinoviensium a. 1649. una cœna in magnum periculum adducebatur. De his similibusque plantis evolvi merentur SPIELMANN & GUERIN 35). JOH. FRIDERICUS GME-LIN 36) ut & EBERHARDUS GMELIN 37).

Adstringentia venena, quæ vasa arctant, oriuntur in primis ex *preparatis saturninis* sive ex plumbo factis, quorum venenatæ vires, lentæ, nihilominus tamen certæ sunt; 38). licet quidam Medici, inter quos HOFFMANNUM 39). esse doleo, de illorum virtute nos admodum securos reddere tentent. Hæc etiam basin, sicuti fere omnium venenorum lentorum, ita & decantati illius pulveris *poudre de succession* dicti, constituere admodum probabile est; licet de eo, an unquam exiterit aut adhucdum existat, & annon potius ad commenta medica ablegandus sit, dubitet ESCHENBACH 40)

Singulare genus constituunt *venena animalia*, quorum naturam & indolem huc usque fere incognitam esse, vel magni nominis Medici ingenue fatentur. Huc refertur virus serpentum, aliorumque animalium venenatorum, ut & furiosorum, quorum supra jam mentionem fecimus (§. 3.). Hæc venena, ut plurimum non necant, nisi morfu, ictu aut alia vulneratione sanguini immediate admisceantur.

§. V.

Secunda divisio.

Altera divisio ad modum spectat, quo corpori applicantur. *Primo* enim multa sunt, quæ cum inspiratione attracta

34) de *Cicutæ aquaticæ* noxis. p. 231.

35) *Diff. de Vegetabilibus venenatis*

Asiatia. Argent. 1766.

36) *Tract. cit. & Eysid. Hist. venenor. vegetabil. Suevia indigenor. in append. Nov. Act. Phys. Med. Acad. Nat. Curios. T. VI.*

37) *Experimenta & Observationes*

septicorum & antisept. indolem illustr. in Nov. Act. Phys. Med. Ac. Nat. Curios. T. cit.

38) SPIELMANN *Inst. Mat. Med. v. Plumbum.*

39) *Diff. cit. §. 25.*

40) *Medicin. legal. C. I. S. I. §. 17.*



caput aut pulmones extemplo feriunt. Talem effectum produ-
 cunt vapores & fumi venenati ore vel naribus hausti.
 Deinde, cum tota cutis vasis bibulis resorbentibus sit
 instructa, cuti quoque illita venena ad interna corpo-
 ris descendere possunt, ibique lethales producere effectus,
 uti de linimento arsenico divite fertur. *Pleroque non nisi*
cum cibo aut potu assumta nocent, quod plumbi & cupri
præparata ostendunt. Viperæ denique virus impune bibi-
tur, sed in vulnere lethiferum est. Hæ autem toxicorum
divisiones cum grano salis accipiendæ sunt; non enim omnia
venena unico tantum modo nocent; dantur etiam, quæ plu-
ribus, quin omnibus modis nociva sunt. 41)

S. VI.

Tertia divisio.

Ultima venenorum divisio a majore vel minore veloci-
 tate pendet, qua in corpora animata agunt. Scilicet illorum
 quædam, uti rodentia potissimum toxica, subitam & inex-
 pectatam inferunt mortem, *acuta* inde vocata. De his agit
 STENTZEL 42) Alia vero toxica eam habent naturam, ut
 minoribus utplurimum dosibus semel aut repetitis vicibus
 data, in primis viis noxiam mutationem producant, qua
 functiones naturales vario gradu læduntur, & ex harum
 denum læsione progrediente tempore ipsi quoque vitæ pe-
 riculum imminet; venena *lenta* vocantur. Hujus generis
 venena ex plumbo præsertim confici, supra (§. 4.) nota-
 tum est. Eruditam venenorum lentorum historiam exhibet
 JOH. BECKMANN 43) atque inter alia refert *Carolus XI*
Sueciæ regem tali veneno interfectum esse.

Plures adhuc venenorum divisiones addi possent, ve-
 reor autem, ut quadrent ad rhombum, quod nimis exacta

41) HAHN *Orat. de ven. usu in med.*
 p. 10. 1a. edit. Lips. 1775. 8.

42) in *Diss. medico-juridica supra*
allegata nota 30.

43) *Beiträge zur Geschichte der Ent-*
findungen, 2tes Stück, Leipzig, (Göt-
tingen) 1781, 6ter Aufsatz.

pleræque nitantur veneni definitione. Talis esse videtur divisio quorundam in *connata venena & propinata*, quum in primo divisionis membro venenum sensu improprio sive metaphorico sumatur. Nec magis admittenda videtur divisio in *lethalia & non lethalia*, quam quidam fecerunt, quoniam notioni venenorum aperte contraria sit.

Perlustratis *Veneni* nomine, definitione atque divisione; de *Veneficio* ipso age nunc dispiciamus.

SECTIO II.
DE VENEFICIO DOLOSO.

CAPUT I.

De hujus criminis natura & indole.

§. VII.

Veneficii definitio generalis & divisio.

Veneficium in genere quamvis noxiam animali factam veneni applicationem designat. Illud, quod in homines committitur, quia vel *dolo* vel *culpa*, vel *casu* fieri possit, dividitur in *dolosum, culposum & casuale*. De isto nunc, de illo alia occasione disputare est mihi propositum. Hoc, quod delictum non sit, in censum haud venit.

§. VIII.

Veneficii dolosi definitio.

Veneficium dolosum in legibus appellatur primum illud crimen, quo quis venena mala necandi hominis causa fecit, vendidit, dedit vel habuit ⁴⁴⁾ Qui talia commiserunt *Venefici* in sensu stricto ⁴⁵⁾ aut *Venenarii* ⁴⁶⁾ vocantur. Quum

⁴⁴⁾ L. 1. §. 1. L. 3. pr. §. 1. 2. & 3.
ff. ad L. Corn. de Sic. & Venef.

⁴⁵⁾ Citate LL.

⁴⁶⁾ Sueton. Neron. c. 33. L. 23.
ff. de Panis.

deinde *magicus*, uti vocant, artes cum venenorum applicatione conjungere tentabant facinorosi; inde factum est, quod *Veneficium dolosum* vocaretur, etiam tale crimen; quo quis fufurris magicis hominem occidit 47). Cum hujus criminis reo pari fere passu ambulant, qui mala sacrificia fecisse, habuisse 48), aut pudicos animos ad libidinem detraxisse 49), aut similia prohibita didicisse, docuisse 50), exercuisse, vel qui ea exercent, consuluisse 51), deteguntur, & in genere, qui sub *Titulo Cod. de Malef. & Mathem.* comprehenduntur; quorum omnium nomina crudite explicat ALOYSIUS CREMANIUS 52). Missa, horum criminum explicatione, quibus THOMASIUS 53) colophonem addidisse fertur; de illo potissimum, quod veneno committitur nobis sermo erit.

Veneficium igitur dolosum, veneno commissum; quod & *κατ' ἐξοχήν Veneficium* vocatur, secundum datam a legibus Romanis descriptionem, definiiri potest: crimen, quo quis veneno hominis vitæ insidias struit. 54)

Aliam definitionem suppeditat CONSTITUTIO CRIMINALIS CAROLI V. Hæc etiam per *veneficium* illud designat crimen, quo quis dolo hominis vitæ vel sanitati veneno nocet 55). Conjuncta utraque definitione sequitur, *Veneficium I. esse crimen. II. Non intelligi sine dolo III. Veneno committi. IV. Ut quis hujus criminis reus sit, sufficere jure Romano, insidias vitæ structas, jure Carolino, sanitatem læsam esse.*

§. IX.

Est crimen.

Veneficium secundum Romanorum & hodiernos mores

- 47) §. 5. J. de Jud. públ.
 48) L. 13. ff. ad L. Corn. de S. & V.
 49) L. 4. C. de Malef. & mathem.
 50) L. 8. eod.
 51) L. 5. eod.
 52) Senentis in regio archigymnasio
 Ticinensi Antecessoris de Jure Criminali
 Libri duo T. I. & II. qui Librum I.
 continent, prodierunt Lucæ 1779. 8. maj.
 T. II. L. I. P. III. c. 2. art. 4.
 53) Diss. de Crimine magic.
 54) L. 1. §. 1. L. 3. pr. §. 1. 2. &
 3. ff. ad L. Corn. de S. & V. §. 5. J. de
 Publ. jud.
 55) C. C. G. art. 130.

crimen appellari potest. Apud Romanos ita vocatum esse dubium non est, quia inter judicia publica referebatur ⁵⁷⁾. Hodie *crimen & delictum* pro synonymis fere habentur. Illius tamen denominatio veneficio magis convenire videtur, quod voce *criminiis* majora plerumque delicta hodie notari, plures contendant ⁵⁸⁾. Est autem veneficium absque dubio atrocissimum delictum, & divino humanoque jure pro tali habetur. Veneficus enim quoniam animo deliberato occidit & per infidias; jure Mosaico & Canonico ⁵⁹⁾ ab ipso altari ad supplicium rapi potest. Romanis *plus erat hominem extinguere veneno, quam occidere gladio* ⁶⁰⁾. Nam, ut cum CICERONE ⁶¹⁾ loquar, eum, qui palam est adversarius, facile cavendo vitare possis, occultum vero malum non modo non existit, verum etiam opprimit, antequam perspicere atque explorare potueris. Hinc est, quod crimen veneficii *homicidiis qualificatis* connumeret cum plerisque DD. MEISTER ⁶²⁾ quin a quibusdam ad *homicidia proditoria* referatur ⁶³⁾.

§. X.

Non intelligitur sine dolo.

In Veneficio dolofo *dolum malum* requiri inter omnes constat. Quid autem sub *dolo malo* intelligendum sit, disputant auctores. KRESSIUS ⁶⁴⁾, HEINECCIUS ⁶⁵⁾ & alii *voluntatem necandi* requirunt. Hic nititur L. 1. §. 1. L. 3. pr. §. 1. §. 2. ff. ad L. Corn. de Sic. §. Venef. ubi verba *necandi hominis causa* occurrunt. Ille ex analogia juris praecipue concludit, sine animo *necandi* non dari verum veneficium, quem-

57) L. 1. ff. de Publ. jud. §. 5. J. eod.
58) cf. MEISTER Princ. Jur. Crim.
S. II. c. I. §. 1. not.
59) Exod. XXI. 14. c. 1. X. de Homicid.
60) L. 1. C. de Malef. & mathem.
61) in Verr. L. 1. c. 39.
62) l. c. S. II. c. XIX. §. 5.

63) LAUTERB. Coll. Pand. ad L.
Corn. de S. & V. §. 19.
64) ad C. C. C. art. 130. §. 3.
65) Elem. J. C. f. o. Inst. §. 1357.
Acad. Medw., ad eund. §. Elem. J. C.
f. o. Pand. P. VII. §. 201. & 208.

admodum nec sine affectu furandi verum committatur furtum. CARPZOVIVM in eorum sententiam, qui pro animo necandi pugnant, propendisse, videtur; licet non satis clare loquatur dum *animum necandi cum animo nocendi* conjungit⁶⁶). BOEHMERUS⁶⁷) ad veneficium dolosum in regula non requirit *animum necandi*, sed *nocendi animum* sufficere putat, suamque sententiam probare conatur ex L. 38. §. 5. ff. de poenis. quæ capitalem pœnam irrogat ei, qui sinistro eventu poculum amatorium non animo necandi, sed tantum *nocendi animo* cum materię noxię scientia conjuncto, quemque *animum occidendi indirectum* vocat, præbuit. Quod ad pœnam vero atinet ordinariam, quæ ex C. C. C. rota est, infligendam, *propositum necandi* sive, ut ipse loquitur, *animum directum* adesse vult. Verum BOEHMERI sententię accedere me vetant leges, quæ *necandi animum* in regula expresse requirunt.

§. XI.

Interpretatio LL. de dolo.

Leges, quæ huc pertinent, sequentes sunt: L. 1. §. 1. ff. ad L. Corn. de S. & V. Tenetur, qui hominis NECANDI causa venenum consecravit, dederit. L. 3. pr. eod. Legis Cornelię de sicariis & veneficis capite quinto, qui venenum NECANDI hominis causa fecerit, vel habuerit plectitur. §. 1. eod. Legis Cornelię pœna adscitur, qui in publicum mala medicamenta vendiderit, vel hominis NECANDI causa habuerit.

In his legibus *animus necandi* disertis verbis requiritur. Non obstat his L. 38. §. 5. ff. de poenis, ad quam BOEHMERUS provocat; en legis verba: qui abortionis aut amatorium poculum dant, etsi dolo non faciant: tamen, quia mali exempli res est, humiliores in metallum, honestiores in insulam, amissa parte bonorum relegantur: quodsi eo mulier aut homo perierit, summo supplicio adsciuntur. Legem hanc non regulam,

⁶⁶) Pract. Nov. Rev. Crim. P. I. q. XX. n. 1. cf. q. XXI. n. 13. sqq.

⁶⁷) ad C. C. C. art. 130. §. 2. & Obs. III. ad Carpz. P. I. q. XXI.

sed exceptionem a regula, quæ hanc in casibus non exceptis firmat, tradere, sequentibus probo argumentis.

I. Lex hæc desumpta est ex PAULI *Recept. sent. Libro V. tit. 23*, tanquam ex fonte suo. Ibi autem ea, utpote specialem casum continens, regulæ generali, quam ab initio refert PAULUS, subjungitur.

II. Lex hæc fugitiva est, neque enim in titulo *L. Corn. de Sic.* sed in titulo *de poenis* continetur.

III. Non negandum, Legem hanc paullo obscuriorem esse; cum autem sola sit, non potest evertere principia, pluribus aliis Legibus, quas supra allegavimus, clarissimis verbis exposita.

IV. Ipsa verba *L. 38. etsi dolo non faciant*, nostræ sententiæ favent, quicquid etiam sub voce *dolo*, intelligere velis. Nam, ut quis *L. Corneliæ* reus sit, *dolum* requiri, omnes consentiunt. Quum autem *dolum* abesse, in *L. 38.* diserte asserat PAULUS, meridiana luce clarius est, dictam legem exceptionem a regula continere.

V. Dubium est an verba *etsi dolo non faciant* indicent, *animum necandi* solummodo abesse, non autem *nocendi animum*; annon potius ira accipienda sint, quasi PAULUS dixisset, „Unum idemque est, utrum *dolo* (quicquid sub eo intelligas) „faciant, an sola culpa.” Quæ interpretatio verior esse videtur, quia & sola culpa amatorum & abortus poculum porrigi possunt; licet sæpe dolus adsit. Et ita BOEHMERI argumentum nimis probaret, quia tunc etiam culpa sufficeret ad reatum.

VI. Alia ratio decidendi in *Lege Cornelia*, alia in *Lege 38.* Illa Lex *malam intentionem*, hæc *malum exemplum* pro ratione decidendi agnoscit.

§. XII.

Interpretationis conclusio & defensio.

Stat igitur hæc, Romanis Legibus firmata propositio:

In veneficio doloso requiritur *dolus malus*, qui non animo nocendi, sed necandi animo in regula absolvitur.

Quæ, cum ita sint, non admitti potest BOEHMERI ⁶⁸) distinctio inter *reatum & poenam ordinariam*. Dum ita distinguitur hicce autor, sub *reatu* non ejus conditionem intelligere potest, qui criminis veneficii *accusatus* modo est, quemque *reum* in sensu lato vocant; quum *accusato* nulla poena dicitur, nisi & *condemnatus* fuerit; sed voce *reatus* criminis convictionem indicat ⁶⁹). Nemo autem *veneficii dolosi convictus* dici potest, nisi qui etiam de *dolo* adhibito convictus sit. Et ita semper redit quæstio, *quid sub dolo intelligendum sit?* quam modo decidimus.

Quod ad distinctionem attinet inter animum necandi *directum & indirectum*, si eam justam esse in aliis criminibus vel maxime concedamus secundum propria tamen BOEHMERI principia in veneficio doloso locum habere non potest. Nam quatuor requirit: I. ut factum sit sponte commissum, II. cum animo nocendi conjunctum, III. illicitum, ex quo scire vel facile scire potest, ac debet, IV. mortem plerumque ac per se inde sequi posse ac solere ⁷⁰). Equidem tria priora requisita adesse possunt absque animo necandi, quartum vero nunquam adesse potest in veneficio, quin animus necandi, sive ut cum BOEHMERO loquar, *dolus directus* adsit. Ratio enim, ob quam dolus indirectus in aliis homicidiis locum habere potest, nimirum quod fere impossibile sit, hominem sanæ mentis ea ætate, qua doli capax est, nescire vulnere inflictionem, quæ non ad mensuram fieri potest, incerti eventus esse & sæpissime ad stygias undas mittere, in veneficio cessat; ubi vel doctissimi haud raro in incerto hærent, an corpus aliquod salutiferum, nocivum, an lethiferum sit, & ita justæ ignorantæ locus esse potest. (§. 2. 3. & 4.)

Ita-

⁶⁸) ad C. C. L. art. 130. §. 2. q. ult.
⁶⁹) Hoc sensu vox *rei* occurrit in 70) Elem. Jurispr. Crim. S. II. c.
L. f. C. de Accus. & in c. ult. C. 15. 16. §. 202.

Itaque vel *scit* aliquis se venenum præbere; & tunc *animus directus necandi* adest: nam *scienter* venenum præbere, & *animum necandi* habere, correlata sunt; vel *nescit*, quo casu, etsi *animo nocendi* dederit, atque sciverit rem nocere posse, *necandi animus* abest; vel *dubitat*, quo in casu delictum *animo nocendi* commissum quidem aggravatur, non autem propterea *propositum necandi* habet⁷¹). Mera igitur præsumtio *animi necandi* ex *nocendi proposito* colligi potest in veneficio doloso, quamvis cum notitia materiæ noxiæ conjuncto; nullum vero argumentum omni exceptione majus, quod tamen *de animo necandi indirecto* prædicat BOEHMER⁷²). Ergo *animus necandi indirectus* in veneficio doloso locum non habet.

§. XIII.

Quis & contra quem Veneficium committitur? nec non, quomodo probatur dolus?

Quum ergo *animus necandi* requiratur, facile redditur ratio, cur *personarum* & *sexus* differentia cesser, dummodo *doli* alias capaces sint rei. Inde etiam patet veneficium contra omnem hominem committi posse, in quem dolus exerceri possit, adeoque etiam in agonizantem. An in monstra admittatur, videant alii; equidem iudicium suspendo.

Ex eodem principio consequitur, pœnam veneficii infligi non posse, nisi *animus necandi* probatus fuerit. Hanc autem probationem multum juvant *indicia auctoris*⁷³) sive

71) Immo, si, quod verum, dicendum sit; *dolus indirectus* commentum DD. est, quod contradictionem in adjecto, uti in schola loquuntur, involvit. Quid enim est illud: *propositum non habere* aliquem occidendi & tamen per consequens *propositum habere* aliquem occidendi? *Dolus* itaque sic dicens *indirectus* revera nihil aliud est,

quam *animus necandi* præsumtus. Hæc autem præsumtio contrarii probationem admittit; adeoque non argumentum omni exceptione majus largitur.
72) l. c. cf. S. II. c. 20. §. 235. & C. C. C. l. c. §. 2.

73) Quæ ab iudiciis *corporis delicti* bene distinguit MEISTER Princ. Jur. Crim. S. III. c. 10. §. 6. sq.

quævis argumenta judici de auctore criminis commissi fidem facientia; licet, si eorum naturam inspicias, nemo ex iis perfecte convinci possit ⁷⁴⁾.

Legitima indicia propria atque proxima secundum NEMESIN CAROLINAM ⁷⁵⁾ sunt: reum I.) emisse vel præparasse venenum, usumque ejus legitimum allegare non posse; II.) inimicitias ei cum defuncto intercessisse, aut emolumentum ex ejus morte sperasse; III.) alias de tali facto suspectum esse. Duobus prioribus aut primo & tertio conjunctis quæritio decerni potest. Addit legislator IV.), mentionem veneni a reo in judicio negatam atque satis postea probatam ad torturam sufficere; quod ultimum tamen per se sufficientem satis rationem illis haud subministrare, qui inde peculiare indicium proximum cum CARPZOVIO ⁷⁶⁾, STRUVIO ⁷⁷⁾, BEYERO ⁷⁸⁾, eruunt, asserit cum KRESSIO ⁷⁹⁾. BOEHMER ⁸⁰⁾, ejus sententia in generalibus principiis jurisprudentiæ criminalis & analogia juris satis fundata esse videtur. Adversariorum tamen interpretationem menti Imperatoris consentaneam magis ob eam imprimis rationem autumo, quod propositio *Item so eyner Gift kauft &c.* cum priori non cohæreat & huic articulo, a CAROLO V. demum adjecta sit. In antiquioribus enim Constitutionibus criminalibus *Bambergenfi & Brandenburgica*, ex quibus suam Imperator defumisse videtur, plane omissa est. Præter hæc indicia, & alia allegant DD. uti v. gr. si reus cibum aut potum propinatum secreto tractavit ⁸¹⁾.

§. XIV.

Exceptiones rei.

Hæc omnia tamen indicia, quam maxime labefactantur quoties illa except onibus elidit reus, alligans v. gr.

⁷⁴⁾ BOEHMER *Elem. Jur. Crimin.*

⁷⁵⁾ *l. c.* §. 108. & c. II.

⁷⁶⁾ *l. c.* §. 37.

⁷⁷⁾ *P. I. q. CXXI. n. 17.*

⁷⁸⁾ *de Indicis c. 2. p. 27.*

⁷⁹⁾ *ad C. C. C. Post. 32. art. 37.*

⁸⁰⁾ *ad C. C. C. art. 37. §. 2.*

⁸¹⁾ *ad C. C. C. art. 37. §. 1.*

⁸²⁾ *CARPZ. P. I. q. XXI. n. 4.*

se ad occidendas muscas, mures atque glires vel ad usus venatorios⁸²⁾; ad compositiones metallorum aliasque operationes chemicas vel ad pingendum emisse vel adhibuisse venenum; quod tamen peritorum examini subjiciendum est, ut exinde iudici innotescat, an omne, quod reus consumpsit, se dicit venenum; reapse ad eum usum adhibitum sit? Huc quoque pertinet, si reus homo bene moratus; occisi amicus fuerit; si ipse cibum potumve *pragustaverit*⁸³⁾. Tum etiam si *violentiam materie date* se ignorasse allegaverit; sive ad acendam memoriam aliumve bonum finem incaute noxia præbuisse asseruerit, sive alia probabili excusatione usus fuerit⁸⁴⁾.

Ex his patet, animi necandi probationem in veneficio difficillimam immo fere impossibilem esse, nisi confessio rei accedat, aut reo qui ad ignorantiam virtutis veneni dati provocat, probari possit contrarium. Tunc enim de animo necandi, tanquam scientiæ correlato (§. 12.) fati superque constaret.

Præcipuas quæstiones veneficii reis proponendas sistunt C. C. C. art. 50 & Viri docti in *notis* ad hunc locum.

§. XV.

Veneno committitur.

Corpus delicti.

Quum porro veneficia *veneno committantur*, obscurum non est, parum interesse utrum *directo* s. immediate, an *per indirectum* s. mediate veneficium commissum sit.

82) De venatoriis venenis DIOSCORIDES *Mat. Med. L. IV. c. 73.* scribit: *Radice Aeoniti alterius ad venationem luporum usus esse, crudis carnibus inferta, item Apocyni foliis cum adipe in pane coactis necari canes, lupos, vulpes, pantheras, & his statim ab æca coarctibus resolos.* cf. CICERO

de Nat. Deor. II. 50. CELSUS *de Medicina L. V. c. 27.*

83) ZACHIE *Quest. leg. L. II. T. II. quest. 8. n. 26.* STRYK *de Jure Sens. D. VI. c. 4. n. 28.*

84) cf. KRESS. ad C. C. C. art. 27. §. 1. & art. 130. §. 3. BOEHMER ad C. C. C. eod. art. §. 2.

Directo præcipue fit, quando, quod plerumque accidit, cibo, potui aut medicamentis immiscetur toxicum. Fit porro venenis alio modo, quam per os corpori ingestis. Huc referri merentur famosi isti, quos nuper Parisienses viderunt, venefici; qui amicitiam simulantes, cblato Nicotianæ pulvere veneno mixtæ, lethale hominibus induxerunt somnum, sopitosque direperunt, *Sapientes, Esdormeurs*, inde vocati⁸⁵).

Nefandis horum criminibus frena injecerunt non solum Curia Suprema Parisiensis atque Summus Politicæ Præpositus; sed & ipse Rex qui memoriæ clapsam de veneficio legem nova sanctione pœnali munivit⁸⁶). Similis farinæ homines sunt, qui per capillamenta ascititia⁸⁷) chirothecas, sedilia, clysmata⁸⁸) epistolas & similia venenum corpori inferunt; si, quæ de plerisque narrantur, non potius tanquam auræ fabulæ accipienda sint. Haud melioris notæ sunt, qui furiale venenum auribus dormientium infundunt⁸⁹). Nec aliter de eo sentiendum, qui armis venenatis⁹⁰) alterum fauciat vel perimit, modo venenum reapse mortis causam præbuerit. Quodsi enim vulnus, licet telum haud toxicum trinctum fuisset, lethale reperiatur; multi DD. pœnam simplicis homicidii, gladium scilicet, imponendam esse statuunt⁹¹).

Per *indirectam* s. mediate veneficia committunt qui æ-

85) cf. BUCHOZ *la Nature considérée sous les différents aspects ou Journal des trois Regnes de la Nature*, II. Époque n. 3. 15. Fev. 1780. p. 133. v. DÉCLARATION DU ROI conc. les Empois. supra cit. (not. 15.)

86) cit. *Édict. & Decl. Reg.*

87) Tali modo Duci Holstatiæ insidias structas esse, memoratur in *Gschlechts. Gesch. der Natur und Kunst*. 20. Berl. 1722. M. Maj. art. XIV. pag. 512.

88) HEBENSTR. *Anthr. for. S. II. m. II. c. 2. art. 5. §. 21.*

89) Tale quid ex *Journ. Encyclop.* occurrit in *Mag. Hist. L. IV. n. 2.*

90) De Juris naturæ præceptis ratione armorum venenatorum usus contra hostes v. TREVERUS ad PUFENDORF. p. 116. & ab illo citati.

91) BOEHMER ad C. C. C. art. 130. §. 1. *Et ult.* Venenorum, quibus olim ad inficienda tela utebantur, nomina & compositiones ex veteribus auctoribus collegit PETRUS DE ABAUNZA *Prælect. ad tit. de Sagittariis n. 67.* in MEERMANNI *Nov. Thes. Jur. Civ. & Can. T. II. p. 741.*

rem venenatis suffimentis aut pulvere 92) inficiunt; qui fontes & puteos 93), cerevisiam, infusionem fabarum Caffæ aut Theiæ similiaque in loco publico vendenda; tum etiam, qui bruta animalia, quorum vel carne, vel productis uti lacte, vescimur; multo magis, qui pascua & vivaria, piscinas, columbaria & similia venenant, modo animus necandi homines adfuerit, & reapse horum sanitas læsa sit. Quod autem CARPZOVIVS 94) singulis brutis infectis, gladium sufficere existimet, ejus argumentis non probari, demonstrat BOEHMER 95) atque ostendit, vel homini nocitum esse, vel non; in illo casu pœnæ ordinariæ locum faciendum esse, in hoc extraordinariam dictandam esse. In nullo tamen casu pœnam ordinariam rotæ obtinere existimo; si animus necandi homines abfuerit. Mediati quoque veneficii rei sunt, venena hominis necandi causâ componentis, vendentes, procurantes 96). Ejusdem commatis denique sunt applicationem toxicæ jubentes atque mandantes.

Ex eodem principio, quod scilicet *veneficium absque veneno non committatur*, sequitur, omnia indicia auctoris nihil operari, nisi de certitudine delicti veneno commissi, sive, ut cum DD. loquar, de *corpore delicti* constet.

Corpus delicti jure Romano, læsione non secuta, verfabatur præsertim circa quæstiones, *an quis necandi hominis causâ venenum confecerit, vendiderit, habuerit?* Læsione autem secuta, *Corpus delicti* jure Romano & Carolino, *noxia & illicita veneni applicatione homini facta*, absolvitur. Pro illa eruendo de duobus momentis constet, necesse est I.) De *noxia* hominis sanitati vel vitæ illata II.) De *applicatione*

92) Id quod dicti venefici *sopientes* fecerunt.

93) De tali veneficio cum aliis locis, tum in nostra urbe a. 1349. Judæos accusavit plebs furibunda. Die 14. Febr. ejusdem anni Judæorum prope duo millia sexus utriusque combusta sunt. Quorum tamen maximum

crimen divitias fuisse, *Schwarberus* Consul eo tempore civibus objecit. v. SCHOEPLINI *Alsat. illustr. T. II. §. 636. p. 343.*

94) *P. I. q. XXI. n. 24.*

95) *Obs. IV. ad Carpz. q. cit.*

96) *L. I. §. 3. ff. ad L. Corn. de Sic. & Venef.*

veneni, ex qua patet, an illicita sit? Sub PRIORI & mortem intelligo & quodvis damnum, quod ille sentit, cui venenum applicatum esse dicitur. Alterutrum requirunt verba NEMESEOS CAROLINÆ art. 130. *an Leib oder Leben beschädigt*. De his ex oculari inspectione Medicorum præcipue, nec non ægroti atque testium effatis constat. POSTERIUS requiritur, quia dantur & aliæ causæ, quæ, uti mox videbimus, eundem cum fortissimis venenis effectum producere valent. Ut de hoc constet, omnia judici conquirenda sunt indicia, quæ eum certiore de ea re facere possunt, *indicia corporis delicti* inde vocata⁹⁷⁾. Hæc cum auctoris iudiciis haud parum conjuncta esse, vix est, quod moneam.

§. XVI.

*Indicia corporis delicti.**Primus modus illud detegendi.*

Indicia, quæ de noxia veneni applicatione testantur, varia sunt pro diversis modis, quibus hæc corporis delicti pars eruitur. Illud autem quatuor præcipue modis fieri potest. I.) Symptomatum & signorum externorum observatione. II.) Interna cadaveris inspectione. III.) Testium post sepulturam examine & confessione rei. IV.) Quandoque forsitan cadaveris, aut ejus partis concrematione. In colligendis per *primum* modum argumentis, caute atque circumspecte procedendum est, ob dictam effectuum ex diversis plane causis ortorum similitudinem.

Certa enim corpora immo alimenta venenorum interdum symptomata excitare possunt. Sic esum mytilorum *der Muscheln*, subinde eadem symptomata, quæ venenum præsentissimum, excitare, ter quaterve in necessariis suis & familiaribus non sine horrore se vidisse testatur LEYSER⁹⁸⁾. Similes effectus a comestione coturnicem observavit NEEB-

⁹⁷⁾ MEISTER *Princ. Jur. Crim.* 98) *Spec. 609. no. 3.*
S. III. c. 10. §. 7.

LIUS 99) Idem de alaudis testatur HOFFMANN 100) qui rationem in eo ponit, quod conturnices & alaudæ certis temporibus lolio temulento abunde vescantur. Plures alias hujusmodi causas nobis exhibent ZACHIAS 101), HOFFMANN 102), HEBENSTREIT 103), ESCHENBACH 104) aliique.

Hæc jam sufficerent ad hunc modum corpus delicti de-
 tegendi dubium reddendum; sed his insuper illud accedit,
 quod, licet quorundam symptomatum præsentia nocivam
 applicationem arguere possit; non tamen unius aut alterius
 absentia applicationi repugnet; siquidem facinororum artes
 clandestinæ mirifice creverunt, quibus applicati veneni vesti-
 gia tegere solent. Sic ex faucium infectione sæpius colligunt,
 quod ex actis observavit BOEHMER 105), venenum propina-
 tum fuisse, quum tamen hoc nonnunquam datum esse pos-
 sit, ita involutum, ut fauces non inficiat. Quæ dum ita
 sunt, prudens cautusquæ judex parum certitudinis tribuere
 debet hisce indicis, nisi adhibito prius Medicorum consilio
 & auxilio. Quum enim omnia hæc signa in ægroto aut mor-
 tuo absque cadaveris sectione observata, vel peritissimos in
 arte medendi fallere possint, ut citati auctores probant;
 quanto minus suis sensibus confidere debeant Jcti, in HIP-
 POCRATIS schola ut plurimum peregrini? Unde optimo jure
 BOEHMERO 106) vapulat CARPZOV, quod iudicium *Medici*
 circa talem rem neglexerit; in qua omnis fere certitudo a
 summa artis medicæ peritia pendet.

§. XVII.

Secundus modus.

Multo magis *secundus modus*, interna nempe cadaveris

99) in <i>Ephemerid. A. Nat. Curios.</i>	I. S. I. c. 11.
<i>Cent. 9. obs. 60.</i>	103) <i>Anthrop. for S. II. m. II. c.</i>
100) <i>Diff. de caut. & circumsp. ven.</i>	1. §. 29. sqq.
<i>dat. accus. §. 7.</i>	104) <i>Medic. legal. S. I. §. 10. sq.</i>
101) <i>Cons. XII. n. 6.</i>	105) <i>ad C. C. C. art. 130. §. 2. Ejusd.</i>
102) <i>Medic. Syst. T. IV. P. III.</i>	<i>Obs. I. ad Carpz. q. XXI.</i>
<i>S. II. c. 3. §. 6. & 11. & T. IV. P.</i>	106) <i>Obs. cit. cf. ad C. C. C. l. c.</i>

inspectio ad forum medicum pertinet. Ut hæc inspectio rite procedat, *legalis*, uti vocant, *Sectio* instituenda est, omnia accurate inspicienda sunt, & in exactam atque specificam relationem, quam *Visum repertum* practici vocant, redigenda; ut non temere, sed cauto iudicio de re tanti momenti judicari possit. Hanc inspectionem leges quidem non diferte jubent; eum autem defectum analogiam *art. 149. C. C. C.* supplere monet BOEHMER ¹⁰⁷).

Quod ad modum attinet, quo sectio peragenda sit, is non semper Medicorum arbitrio indistincte relinquendus est; sed quandoque pro re nata Medicis injungendum, ut ad hoc vel illud magis attendant ¹⁰⁸). Non obscura est hujus petiti ratio. Quum enim venena pro modo applicationis hanc vel illam partem magis afficiant, & iudici de eo nasci suspicio queat, oportet, ut hæc instituta sectio vel diluatur, vel confirmetur. Quare, si iudex suspicatur, venenum non cum cibo potu vel medicamentis interne captis propinatum fuisse; sed vel per aures dormienti, vel herbæ Nicotianæ immixtum ¹⁰⁹), vel alio quocunque modo applicatum fuisse; illud Medicis eo sine indicandum est, ut non modo *truncum* sed & *caput* aperiant, & de iis, quæ ibi detexerint, iudicem certiozem reddant.

Aperto cadavere, vel sola partium internarum læsio apparet, vel residuum quid de materia applicata invenitur, *Prior casus* indicia præbet, ob easdem fere rationes, quas supra allegavimus, dubia atque fallacia. Nam si de veneni deglutitione quæritur; œsophagi inflammationem, sphacelam

¹⁰⁷) l. c. §. 1.

¹⁰⁸) Id quod etiam in aliis criminibus locum habet. Immo sectioni assistentem iudicem, ubi id fieri solet, quandoque medicum, ut hoc vel illud accuratius perferretur, monere posse, recte tradit Joh. Pet. Zrimmam Anweisung für Aerzte u. Wund-

ärzte, um bei gerichtlichen Untersuchungen vollständige *visa reperta* zu liefern; und wie die Rechtsgelahrten wissen können, ob von Seiten der ersten das Gehörte beobachtet worden. Dusseldorf 1781. s. I. Abschn.

¹⁰⁹) cf. BOEHMER *Obs. cit. & §. 32. nostræ Diss.*

fam corruptionem atque perforationem in ventriculo, intestinis & aliis visceribus, maculas nigras, liquamen viride, vesicas & similia signa, quorum multa pro veneni genere diversa recenset CREMANIUS ¹¹⁰⁾ & modo citati auctores, illa, quæ externe observari solent, certitudine non multum superare probat ALBERTI ¹¹¹⁾ HOFFMANN ¹¹²⁾ & ESCHENBAH ¹¹³⁾.

E contrarto METZGER ¹¹⁴⁾ casum adducit, quo quis deglutito arsenico mortuus est, quamvis nihil de hoc veneno ad canalem intestinorum pervenerit. Num denique responsis, quæ cum HEBENSTREITIO ¹¹⁵⁾ denudatam ventriculi superficiem internam & crustam ejus villosam liquidis ventriculi innatantem, pro indubitato veneficii signo habent, a iudice plena fides habenda sit, dubito, quum ea expendam, quæ laudatus HOFFMANN ¹¹⁶⁾ de incertitudine indiciorum tam externorum quam internorum in genere docet. Verba notatu digna hic appono. *Ardua, inquit sane provincia ei imponitur, cui determinande ejusmodi quaestiones exhibentur, a quarum affirmatione, vel negatione fama, quin vita hominum dependet. Valde ancipites enim plerique de veneficiis sunt casus; cum primis, si anatomica defuncti corporis sectio deficiat. Hac facta, si venenum in substantia adhuc intra ventriculum reperitur, res est clarissima: ubi vero illud haud deprehenditur, res adhuc dubii pleni existit. Inflammationes enim ac siderationes intestinorum, in omni cholera, sive a veneno, sive aliis causis enata, quin & in aliis morbis, dysenteria, colica convulsiva &c. vita imponunt finem; nec ideo certi quidpiam ostendunt. Nec ex omni dubio extricamur per intumescientiam externi cadaveris, aut maculas cœru-*

110) de Jur. Crim. T. II. L. I. P. III. c. 2. art. 4. §. 199. not. I.

111) Jurisprud. Med. P. I. c. 13. §. 29. sqq. p. 266. & P. II. casus 19.

p. 134.

112) ll. ctit.

113) Med. leg. l. c.

114) Gerichtliche medicin. Beobacht. I. Jahrs. Bötiagsb. 1778. 8.

115) Anthropol. forens. S. II. m. II. c. 2. art. 5. §. 21.

116) Med. Syst. T. IV. P. III. S. II. c. 8. obs. 1.

teas ac livescentes hinc inde in corpore efflorescentes: quippe que phenomena in plerisque corporibus, que sanguine turgent, ac subitanea abripiuntur morte, videre licet. Quamobrem in tali casu præter symptomata, & externas notas, ad morales quasdam circumstantias respiciendum est.

Cum HOFFMANNO conspirat MORGAGNI ¹¹⁷) Immo GALENUS ¹¹⁸) jam hanc incertitudinem agnovit, dum eosdem fieri affectus, observabat, & a lethali veneni potione, & a corruptione que a corpore ortum habeat, scilicet posse hanc esse adeo vehementem, ut veneni tum qualitatem, tum viris æquet. Hanc incertitudinem adhuc magis confirmat Truffanie f. Toffanie infamis veneficæ Neapolitanæ exemplum, quæ a. 1720 tanta arte suum componebat toxicum, Acquetta (di Napoli) dictum, ut non solum colore, odore, & sapore aquam fontanam referret, sed nullum fere in corpore humano vestigium relinqueret; & qui illo perierunt, pectoris morbo e vita decessisse viderentur ¹¹⁹).

Posterior casus, ubi nempe residui quid de materia applicata reperitur, solus veneni applicati certitudinem promittit. Ut itaque hæc obtineatur, quanta unquam fieri potest, industria, vasa corporis, ad inveniendas veneni cuiusdam reliquias exploranda sunt. Quod si non amplius in forma naturali appareant, contenta vasorum mediis chemicis examinanda sunt; qualia de multis toxicorum generibus tradunt, qui de chemia, de venenis, de medicina legali & similibus scripserunt eruditi. Aliud medium minus artificiale ad residuum explorandum proponit ESCHENBACH ¹²⁰), experimenta scilicet in canibus aliisque brutis instituenda, quibus vasorum contenta propinari debent. Concedit quidem hic auctor ab effectibus quos in brutis

¹¹⁷) de Sedibus & causis morborum T. I. L. IV. Ep. 59. n. 17. sqq. p. 382.

¹¹⁸) I. 6. de loc. aff. c. 5.

¹¹⁹) Casus celebres T. I. pag. 239. Ed. à la Haye 1747. 8. art. célèbre em-

poisonnause. Joh. Beckmann Beiträ-
ge zur Geschichte der Erfindungen. 2.
St. 6ter Aufl. Commenc. Litter. a.
1737. p. 182.

¹²⁰) Med. leg. c. 1. S. I. §. 11.

exferunt venena, ad effectus in *homine* non simpliciter valere consequentiam. Quodsi autem effectus plane eosdem iterata experientia testetur; hanc conclusionem tuto admitti posse, autumat, atque statuit: de hisce effectibus a venenis in specie *corrostris* tam in *homine*, quam in *brutis*, iisdem, dubium post tot experimenta superesse nullum. Quam fallacia tamen sunt hujusmodi experimenta, ostendit MORGAGNI¹²¹), qui observationem adducit, ex qua patet, bilem æruginosam infantis, a brutis devorata fortissimi veneni effectus edidisse. Quod e contrario fortissima venena rodentia, a brutis quandoque sine mortis periculo fumantur, probat SPROEGELIUS¹²²), qui canibus vitrum Antimonii & Cobaltum, Arsenicimineram propinavit; quæ venena incolumes evomuerant. Experimentum ipse feci, atque catulo totam Arsenici albi drachmam propinavi. Elapsis duabus circiter horis Arsenicum atque carnem cui immixtum erat, evomuit; propinatam deinde aquam in se ingurgitavit, atque elapsis duodecim horis sanitatem recuperavit. Eundem catulum nuce vomica deinde necatum dissecui, atque nullam plane inflammationem in intestinis deprehendi.

§. XVIII.

Tertius modus.

Quæcunque hucusque de modis posteriorem corporis delicti partem in mortuis præcipue eruendi dicta sunt, locum habere possunt, si cadaveris inspicendi copia sit. Quodsi autem cadaver jam terræ mandatum sit; illud effossium quoquo modo examinandum est. Cadavere vero jam temporis lapsu corrupto; ad *tertium modum* perveniendum est, nimirum testium examen, ita instituendum, ut illorum de-

121) l. c. n. 18.
122) *Experim. circa varia venena &c.*
Exp. 35. & 41. Experimenta cum brutis

tit instituta pro fallacibus in genere declarat quoque LUDWIG *Inst. Med. for. Lips. 1765. 8. §. 331.*

positiones super signis veneni atque symptomatibus bene ponderentur atque examinentur, & ut postmodum jurato Medici sententiam suam aperiant atque jure de hac re instruant ¹²³). Hunc modum omnium fere incertissimum esse, quilibet videt. Hinc etiam talia testimonia ad veneni propinationem probandam minime sufficiunt. Nec magis acquiescendum in sola depositione ægroti vel rei, venenum applicatum esse affirmantium, siquidem hic vitæ tædio, ille odio vel alio animi affectu, uterque autem vana persuasione adacti esse possint ¹²⁴).

§. XIX.

Quartus modus.

Concremationi denique vel totius cadaveris, vel illius partis ceu *quarto modo* nonnunquam fortasse locus esse potest, licet illud per sat longum tempus jamjam humatum fuerit; dummodo veneficii Arsenico commissi fundata suspicio talem effossionem suadeat, alias ob imminens infectionis periculum non temere peragendam. Concrematio hæc eo nititur fundamento, quod minimam illius pharmaci quantitatem, oculis vix distinguendum, quando igni exponitur, aëra longe lateque alliaceo odore gravissimo inficere, notum sit. Hæc Arsenici qualitas forsitan in causâ est, cur apud Romanos, veneficii ex regno ut plurimum vegetabili venena defumferant, uti ex Latii scriptoribus patet; ne scilicet rogos, eorum occulta facinora tam facile manifestaret. Melius adhuc *quartus* hicce *modus* procedere videtur, si concrematio in vase clauso instituitur. Quem in finem intestina retortæ, uti chemici loquuntur, commissâ sufficienti igne destillantur; quæquæ destillationis ope obtenta fuerint, variis modis examinantur.

¹²³) CARPZOV P. I. q. XXI. n. 7. THEOD. Coll. crim. c. VIII. Tb. 6.
¹²⁴) OLDEKOP. T. IV. observ. 3. n. 14.
 STRYK de jure sens. D. I. c. 1. n. 27.

Sublestæ fidei esse videntur, quæ PLINIUS ¹²⁵) & SÜETONIUS ¹²⁶) tradunt: cor in veneno interemptis cremari non posse, & exemplum adducunt *Cæsaris Germanici* cuius mortem ulcisci voluit *Vitellius* in *Cn. Pisonē*, quem veneficii, iussu Tiberii in illum commissi reum coarguit, illo usus argumento. Quicquid sit, res adeo probata non est, ut eam cum CARPZOVIO ¹²⁷) tam facile inter indicia veneni dati referrem; tum, quod ipse PLINIUS addiderit, idem de illis prædicari, qui cardiaco morbo obierint, & *Pisonem* genere morbi defensum esse; tunc præcipue, quod THUANUS ¹²⁸) idem de *Ulrico Zwinglio* in historia reformationis notissimo narrat, quem veneno necatum fuisse, ex hoc scriptore nullus eruet; sed potius fontem inveniet, ex quo ejusmodi hauriri solent traditiones. *Tigurini* inquit, *vincuntur*, ipse *Zwinglius* in primis ordinibus fortiter pugnans occubuit. Religioni tributum a *Tigurinīs* & qui cum illis stabant, quod, cadavere flammis ab hostibus tradito, cor exuri non potuerit; cum tamen consiet, in quibusdam corporis humani, partem esse quandam, in quam nihil ignis possit. . . adeo turbatis odio aut amore animis. . . pro se quisque omnia superstitiose interpretatur.

XX.

Detectæ materia examen.

Detectæ qualicumque modo materia, cujus applicationi morbus aut mors insecta adscribitur; inquirendum est in ejus indolem & qualitatem; an scilicet illa naturam humanam alat aut mutet? Quænam sit illius quantitas, & an ea, quæ data fuit, dosis, homine mortuo vera necis causa sit, aut saltem illo non mortuo talis, neglecto auxilio fuisset.

¹²⁵) *Hist. Nat. L. XI. c. 37. Sect. 71.*
¹²⁶) in *Caligula c. 1. cf. TACIT.*
Ann. III.

¹²⁷) *P. I. q. XXI. n. 3.*
¹²⁸) *Hist. L. I. ad a. 1534.*

set? Quarum rerum disquisitio rursus a Medicis instituenda & supradictæ specificæ relationi inferenda est, ut tandem judici innotescat, utrum *venenum malum*, an *materies nociva* modo porrecta sit, & in quantum ideo de *corpore delicti* constet. De hoc autem constare debet plus vel minus, prout vel ad condemnationem, vel ad torturam, vel ad ter-
 ritionem, vel ad jusjurandum purgatorium, ubi hæc locum habent, veniendum sit ¹²⁹); quæ omnia certis limitibus includi nequeunt, sed soli fere judicis arbitrio relinquenda sunt.

Illud quidem certo affirmari potest, plerosque veneficos, si certitudinem in solis veneni reliquiis posueris, atrocissimum crimen impune patratos esse, quum venenum propinatum raro in cadavere reperiatur, & illius vestigia sæpius a reo subdole aboleantur. Itaque ad condemnationem satis constare videtur, de corpore delicti, si cum criminis probatione ex indiciis auctoris petita, concurrunt luculenta propinati veneni signa ¹³⁰) quo etiam abolitionem vestigiorum pertinere præjudiciis firmat LEYSER ¹³¹). Quod ultimum vero non tam facile admitterem, morte non secuta, nisi aliunde de quantitate veneni dati constaret, vel venenum abfolutum porrectum esse, probari possit.

Illud autem respectu poenæ parum referre videtur, quo genere veneni læsio illata; dummodo verum venenum applicatum sit ¹³²). Plane putativum veneficium vere tale non esse, si opinio propinantem fefellerit, & nulla materia venenosa intercefferit, recte adnotat BOEHMER ¹³³).

§. XXI.

An morte non secuta ordinaria pena locum habeat?

Quum porro in veneficio constare debeat, jure Roma-

129) BOEHMER ad C. C. C. art. 6. §. II. Jqq.

130) art. 6. C. C. C. so viel möglich, und nach gestalt und gelegenheit eyner jeden Sache geschehen

Ein, erkundigt werden muß.

131) Spec. 609. med. 7.

132) cf. tamen §. 39. h. Diff.

133) ad C. C. C. art. 130. §. I. fin.

no insidias vitæ structas esse, jure Carolino autem vitam vel sanitatam lesam esse; sequitur ratione poenæ ordinariæ nihil interesse, utrum alter mortuus sit, nec ne. Et ita ad celeberrimam illam pervenimus quaestionem: an sanitate veneno lesa, morte autem non secuta, in veneficio pena ordinaria locum habeat? Quam alii ita proponunt: an Conatus, qui ad actum proximum pervenit, in veneficio pena ordinaria puniendus sit? Qui ita loquuntur, sub conatu actum intelligunt, quo quis facti consummationem intendit; & sub consummatione talem effectum, qui intentioni delinquentis respondet ¹³⁴), adeoque mortem ad veneficii consummationem requirunt. Sub ordinaria poena eam intelligunt, quæ in quodam delicto a lege expressa est. Eas vero poenas, quarum definitio judicis arbitrio relicta est, extraordinarias sive arbitrarias vocant ¹³⁵). Quum verò nonnulli dubitent an hæc poenæ, lege haud diserte prohibente, ad mortem usque extendi possint ¹³⁶); hinc in iis criminibus, in quibus gravius mortis genus pro ordinaria dicitur, DD. distinguere solent, inter poenam ordinariam, poenam mortis & poenam extraordinariam s. arbitrariam ¹³⁷). Multa hic forte dicenda essent, si hæc accuratori examini subjicerentur; sed si vel maxime illa admittimus, nostram tamen sententiam cum legibus convenire, extra omnem dubitationis aleam poni posse, arbitramur.

Quod ad leges Romanas attinet, earum verba exhibemus. In L. 1. §. 1. ff. ac L. Corn. de Sic. & Venef dicitur: Lege Cornelia tenetur, qui hominis necandi causa venenum confecerit, dederit. In L. 3. pr. ff. eod. Ejusdem Legis

134) cf. CARPZ. P. I. q. II. n. 51. & P. I. q. XXII. n. 33. J99. ZOLLER & WILKE Diss. de Poena veneficii attentati quomodo irreparabile inde oritur damnum, ad mortem non extendenda. Lipsiæ 1761. §. 2. VOGEL Diss. de Veneficio s. Homicidii per venenum attentati in casu, ubi mors non ipsa secuta, poena non capitali. Dresdæ 1715. opposita WAGNERI Diss. de Venef. s.

homic. & c. poena capitali. Erfurti 17. §. 135) CARPZOV P. III. q. CXXXIII. n. 1. & 13. cf. BOEHMER E. n. Jpr. Crim. S. II. c. 1. §. 9. MEISTER S. II. c. 1. §. 19.

136) PUTTMANN El. Jur. Crim. L. I. c. 2. §. 84.

137) KRESS ad C. C. C. art. 178. §. 2. not. 6. n. IV. BOEHMER Obs. IV. n. V. ad Carpz. P. I. q. II.

Cornelia de sicariis § *veneficis capite quinto*, qui venenam necandi hominis causa fecerit vel vendiderit, vel habuerit plectitur. & §. 3. Alio Scto effectum est, ut pigmentarii, si cui temere cicutam, salamandram, aconitum, pituocampas aut bubrestin, mandragoram & id, quod lustramenti causa dederint cantharidas, pœna teneantur hujus Legis. & §. 5. I. de publ. jud. Item Lex *Cornelia de sicariis*, quæ homicidas ultore ferro persequitur, vel eos, qui hominis occidendi causa cum telo ambulant . . . Eadem Lege § *venefici capite* damnantur, qui artibus odiosis, tam venenis, quam susurris magicis homines occiderint, vel mala medicamenta publice vendiderint.

NEMESIS CAROLINÆ art. 130 verba hæc sunt: Item, wer jemand durch Gift oder vhenen, an Leib oder Leben beschädigt, ist es eyn Mankbildt, der soll eynem fürgesetzten Mörder gleich mit dem Nadt zum Todt gestraft werden. Thät aber eyn solche Missethat eyn Weibsbilde, die soll man extrencfen, oder in andere Weg nach Gelegenheyt vom Leben zum Tod richten. &c.

Planæ sunt hæc Leges, & nulla ulteriori explicatione indigere videntur. Disertis enim verbis conatui, qui ad actum remotum pervenit, ordinariam pœnam dicitur legislator Romanus. Quare non video, cur ALOYSIUS CREMANIUS¹³⁸⁾ iis adstipuletur, qui jure Romano mortem secutam esse volunt. Minus severe statuit CAROLUS V, quum in conatu actum consummationi proximum scilicet læsionem corporis aut vitæ requirat, ut ordinaria pœna locum habere possit.

§. XXII.

CAROVII sententia rejecta.

Quæ cum ita sint, rejicienda mihi videtur illorum sententia, qui cum CARPOVIO¹³⁹⁾ pro extraordinaria pœna

¹³⁸⁾ *de Jure crim.* l. c. §. 198.

¹³⁹⁾ *P. I. q. XXI. n. 33. 59.*

na pignant, & ne ullam quidem capitis poenam admittunt. Missis, que ex jure Saxonico adducuntur, præcipua CARPZOVII argumenta quatuor propositionibus includi possunt.

- I. In delictis etiam atrocissimis, conatum, quantumvis ad actum proximum devenerit, ordinaria poena non esse puniendum, nisi Leges expressæ contrarium disponant.
- II. Jure communi in conatu hic nullam capitis poenam statutam esse.
- III. Contra jus commune aliud introductum esse, & de consuetudine generali conatum mortis poena non puniri, effectu non secuto.
- IV. Particulam *oder* ex more stili Carolini pro *und* positam esse.

Quod ad *primam* propositionem attinet, ea regulam sistit ex JULIO CLARO desumptam, quam perperam *C. C. C. art. 178.* approbatam esse contendit ¹⁴⁰); immo inferius docebo, contrarium plane ex hoc *art.* probari posse (§. 25.).

Quum *secundæ* propositioni supra citatæ leges Romanæ aperte contradicant, auctor concedit quidem, eos qui necandi causa venenum vendunt, retinent vel tractant, poena *L. Corn teneri*; sed poenas *L. Corn. varias.* in *L. 3. §. pen. ad L. Corn. de Sic.* recenferi, asserit.

Verum enim vero diversitas hæc poenarum, non ad varias criminum species, quæ in hoc titulo occurrunt, respicit; sed ad personas, sintne honestiores aut viliores, & quidem ita, ut, hac ratione habita, unica modo poena si ve potius idem poenarum gradus observetur. Id quod ex primis juris Romani principiis fuit ¹⁴¹). De hac diversitate poenarum adhuc dabitur dicendi occasio, quando de poena nobis sermo erit (§. 36. sq.). Non dicam, quod hic auctor

¹⁴⁰) CARPZOV. l. c. n. 38. cf. q. XVII. n. 11. sqq. ¹⁴¹) cf. *L. 41. ff. de Pan.*

juris communis asyllum perperam in LL. Romanis quæsi-
rit, quod in Carolina quærere debuisset, ex quo ipse cri-
mina potissimum æstiranda judicavit, ea propter a BOEH-
MERO ¹⁴²) jam notatus.

Tertiam propositionem haud probatam esse, idem osten-
dit auctor ¹⁴³) & invitus confitetur CARPZOV, dum illum
ex LL. scriptis probare vult; quod superfluum foret, si ge-
neralis consuetudo earum dispositionem sustulisset.

De *ultima* propositione vix est, quod moneam, quum ea
a magni nominis DD. BEYERO ¹⁴³), LEYSERO ¹⁴⁴), WAG-
NERO ¹⁴⁵), BOEHMERO ¹⁴⁶), MEISTERO ¹⁴⁷) & PUTT-
MANNNO ¹⁴⁸) satis superque refutata sit. Illud tantum addo;
nos fere omnibus hætenus a DD. prolatis argumentis for-
san carere posse; quum Imperator alio loco distincte expli-
cat, quid sub verbis *Leib oder Leben beschädiget* intelligit;
scilicet *art. 136. C C C.* ubi verba an *Leib oder Leben*
Schaden thun möchte mox ita exponit *Schaden thät oder*
entleibt, quæ verba absque dubio disjunctiva sunt. Qui,
quæso, cum bonæ hermeneuticæ artis regulis conveniret,
eandem locutionem, sub eodem rubro, paucis interjectis
articulis, mox *disjunctivè* mox *copulativè* fumere?

§. XXIII.

CARPZOVII *asseclorum* argumenta ex *jure Romano*.

Infirmatam CARPZOVIANI *ratiocini* plures viderunt
ejus *asseclæ*; quapropter nova, tam ex *jure Romano* quam
communi Germanico excogitaverunt argumenta ¹⁴⁹), quibus

¹⁴²) in *Observ. V. ad Carpz. P. I.*
¹⁴³) *XXI.*

¹⁴⁴) l. c.

¹⁴⁵) ad *C. C. C. art. 130. Pof. II.*

¹⁴⁶) *Spec. 609. in 16. sq.*

¹⁴⁷) *Diss. de Veneficij s. Homicidij*

per venenum attentati in casti ubi mors
non ipsa secuta, pæna capitali.

¹⁴⁶) *El. Jur. crim. S. II. c. 20. §.*
236. not. & in cit. Obs. V. ad Carpz.

¹⁴⁷) *Princip. Jur. crim. S. II. c.*

22. §. 1. n. 2.

¹⁴⁸) *Elem. Jur. crim. L. I. c. 22.*

§. 361.

¹⁴⁹) cf. VOGEL *Diss. cit.*

probarent, pœnam ordinariam in crimine veneficii, morte non secuta, exulare. Ad hanc classẽ cum aliis pertinet WILKE ¹⁵⁰⁾ qui inter alia nostræ sententiæ opponit verba PAPINIANI ¹⁵¹⁾: *Fraudis interpretatio semper in jure civili non ex eventu duntaxat, sed ex consilio quoque desideratur.* Ex quibus concludit, quodsi unum ex his eventus sive consilium desit, pœnam ordinariam locum habere non posse. Ut taceam, de fraude in causis civilibus hanc Legem loqui, quod ex Lege, quæ nostram præcedit, & utriusque Legis inscriptione patet; falsam consequentiam ex illa infert WILKE. Nam illud quidem verum est, quod etiam in delictis non solus eventus spectari debeat, sed & consilium; quoniam alias de facti qualitate, utrum dolo, culpa vel casu commissum sit, constare non posset, & sic unus ex præcipuis modis deficeret, quos in puniendo iudex considerare debet ¹⁵²⁾. Sed exinde non sequitur, consilium solum, quod eventu caret, pœna ordinaria puniri non posse. In Lege Cornelia certe solum consilium ad pœnam ordinariam sufficere, probant verba PAULI ¹⁵³⁾: *In Lege Cornelia dolus profecto accipitur i. e. dolus ad pœnam L. Corn. sufficit, etiamsi eventus non fuerit secutus.* Cum verbis PAULI conspirant dicta D HADRIANI ¹⁵⁴⁾. *In maleficiis voluntas spectatur non exitus; & ULPIANI ¹⁵⁵⁾. Nihil interest, occidat quis, an causam mortis prabeat.* HADRIANI tamen verba non tam stricte capienda sunt, ut in sola voluntate nullo plane facto externo declarata subsistendum sit, cogitationis enim nulla pœna est ¹⁵⁶⁾; sed eorum sensus hic est: pœna ordinaria reum afficiendum esse, si factum aliquod commisit, ex quo dolus a lege præsumitur, licet eventus intentioni non responderit.

150) Diff. cit. §. 9.

151) L. 79. ff. de R. J.

152) L. 16. ff. de Penit.

153) L. 7. ff. ad L. Corn. de S. & V.
of. L. 1. §. 3. eod. & L. 16. §. 8. ff.

de Penis.

154) L. 14. ff. ad L. Corn. de S. & V.

155) L. 15. ff. eod.

156) L. 18. ff. de Penit. c. 14. &
20. de Penit. D. 1.

His non obstant, quæ in contrarium allegari solent leges: L. 1. §. ult. quod quisque jur. in alium stat. L. 1. pr. & §. ult. ff. de extr. crim. L. 6 L. 22. §. 4. ff. ad L. Corn. de fals. L. 21. §. 7. ff. de furtis. L. 3. ff. de his, qui not. infam. in quibus delicto non consummato, pœnæ ordinariæ locus non datur. Hæc enim leges primum ad alia delicta pertinent. Deinde verba HADRIANI: in maleficiis voluntas spectatur, non exitus, haud generalem regulam timent, quæ in omnibus aut plerisque delictis obtinet, uti quidam existimant¹⁵⁷⁾, generalibus seducti verbis: in maleficiis; sed regulam specialem, quæ ad casus in L. Corn. de Sic. & Venef. expressos, non autem ad alius generis delicta pertinet, nisi discretis verbis, voluntatem in hoc vel illo crimine spectandam esse Lex præceperit¹⁵⁸⁾. Hæc enim est ratio cur titulo ff. ad L. Corn. de Sic. & Ven. inserta est, & non titulo cuidam generali e. gr. de Reg. Juris &c.

§. XXIV.

Continuatio argumentorum ex jure Romano desumptorum.

Cui modo respondimus argumento, illud addit WILKE¹⁵⁹⁾, quod nequidem Lege Cornelia conatus ultimo supplicio punitus fuerit; idque probare conatur ex Nov. 115. c. 3. & §. c. 2. §. 2. ubi inter causas exheredationis refertur: Si liberi vitæ parentum suorum per venenum, aut alio modo insidiari tentaverint. Et Si venenis aut maleficiis, aut alio modo parentes filiorum vitæ insidiari probabuntur. Ex his verbis ita suas rationes subducit: quodsi conatus in crimine veneficii ultimo supplicio fuisset punitus, inutilem esse talem exheredationem; quia hæc pœnam involvit,

¹⁵⁷⁾ CUIJACIUS Obs. L. VIII. c. 22. L. XV. c. 25.

¹⁵⁸⁾ Ita quoque sentire videtur BYNKERSHOECK. Obs. Jur. Rom. L. III. c. 10. qui existimat Hadrianum scriptum non de quocunque malef-

icio, sed de maleficio, quod ita per eminentiam dicitur, & quod in Titulo C. Theod. & Justin. de Malef. & Matrem. damnatur, intelligendum esse. ¹⁵⁹⁾ l. c. §. 9.

quam mortuus subire nequit, & liberi ob delicta parentum poenas non luunt, nisi in crimine perduellionis. Hoc tamen ratiocinium, ut taceam illud disertæ Legum dispositioni contradicere ¹⁶⁰), falso superstructum est fundamento, quia supponit reum semper ante testatoris mortem ultimo supplicio affectum esse. Hæc thesis autem quam maxime vacillat, quum poena quandoque vel *plane non*, vel saltem *post mortem testatoris* demum irrogaretur. *Illud factum est*, si nec ipse testator, nec alius, eo vivente reum accusabat, & illo mortuo, reus querelam inofficiosi testamenti haud movebat eoque exheredationem justam agnoscebat. *Hoc*, contigit, si reus, testamentum dicta querela convellere studebat. Tunc enim probato a herede crimine, non solum exheredatio exitum habebat, sed reus quoque pœnis afficiebatur Legibus definitis ¹⁶¹). Idem illud dicendum de eo casu, quo accusatio quidem ante mortem testatoris vel ab extraneo, vel ab ipso testatore instituta fuerit, hic autem ante rei condemnationem testamento factio mortuus sit.

§. XXV.

Carpzovii asseclarum argumenta ex jure Carolino.

Plures Jcti, ut CARPZOVII sententiam defenderent, C. C. C. verba captarunt & in suos usus torserunt. Inter hos occurrunt GRASSUS, WERNHERUS, & TEXTOR, quibus autem solide respondit BOEHMER ¹⁶²). Superest, ut WILKII ¹⁶³) argumenta rimemur. Hic relictis aliis prædiis provocat ad NEMESIS CAROLINE *art. 178.* qui in ge-

160) L. 1. in f. ff. ad L. Pomp. de Parricid. L. 1. §. 1. L. 3. pr. & §. 3. ff. ad L. Corn. de Sic. §. 5. J. de Jud. publ.

161) Nov. 115. c. 3. fin. & c. 4. §. 5. & §. 8. fin.
162) Obs. V. in Carpz. P. I. q. XXI.
163) l. c. §. 10.

nere poenas dicitur in delicta attentata. Quum autem secundum WILKIU in quaestione, *an morte non secuta poena ordinaria in veneficio locum habeat?* ageretur de delicto attentato; inde concludit, omnem litem ex hoc articulo 178. decidendam esse. Addit, quod si quaestio haec jam alibi in C. C. C. decisa fuisset, frustranea plane opera hunc articulum addidisset legislator. Id autem est, quod negamus. Nam ex eo, quod Imperator in uno vel altero articulo C. C. C. poenam conatus in hoc vel illo crimine definiverit; minime sequitur, alium articulum, in quo regulam generalem de conatu puniendo tradit, superfluum esse, quum innumeri dentur casus, in quibus hujus articuli dispositione opus est; sed id solummodo sequitur, quod regula generalis, quae in art. 178. continetur, jam in art. 130. in specie ad crimen veneficii applicata sit.

Sed dabo auctori nostro, litem ex art. 178. C. C. C. decidendam esse, nihilominus causa cadet, dum ex hoc articulo probare vult, non modo poenam ordinariam rotæ, sed omnem mortis poenam in proposita specie exulare.

Nam verba finalia hujus articuli *an Leib oder Leben* declarant, poenam mortis nonnunquam locum habere in conatu. Quænam vero sint ista crimina, ubi conatus morte punitur, ibi quidem determinatum non est. De atrocissimis certe, in quorum numero veneficium est, id intelligendum esse, nemo facile negabit. In hujus ergo criminis conatu puniendo, si ad actum proximum pervenit; extraordinaria poena, quod WILKIO placet, locum habere non potest. Quod autem non solum mortis poenam, sed ordinariam rotæ ex mente C. C. C. infligenda sit, pluribus docet BOEHMER¹⁶⁴) & nos supra probavimus. Quod adeo verum est, ut perito judici non tantum mortis poenam dictare, sed & genus supplicii pro re nata determinare, adeoque rotæ poenam imponere liceat, ut indicant verba art. 178. *Aber in eynem Fall*

¹⁶⁴) *Obs. IV. n. 5. ad Carpz. P. I. c. 1. §. 24. Et ad C. C. C. art. 178. §. II. Ejusd. El. Jur. crim. Sect. II. 8. sqq.*

herter dann im dem andern, angesehen gelegenheytt und gestalt der sach, darumb sollen solcher straff haben die Urtheiler, wie hernach steht, raths pflegen, wie die an leib oder leben zu thun gebürt. Qui verborum sensus eo confirmatur, quod eadem dis. officio & in aliis articulis C. C. C. clarioribus adhuc verbis obtineat, quotiescunque scilicet ultimi supplicii genus vel plane non, vel non satis definitum est Huc pertinent *art. 104. C. C. C. ubi hæc: Nach ordnung eynes guten Rechtverstendigen Richters . . . die formm und weis derselben tödtung halten und urtheylen & paucis interjectis die formm und maas. . . . erkantnuß verstendiger Richter bevelhen, und in derselben wil führ segen, die straff nach gelegenheytt und ärgernuß der übelthat . . . zu ordnen und zu machen art. 124. C. C. C. ubi arbitrio committitur juris peritorum; an dissectionem post decollationem, an vero dissectionem sine decollatione dictare velint. art. 172. C. C. C. cujus verba finalia diese Dieb seyndt zum todt, nach gelegenheytt der sach und rath der Rechtverstendigen, zu straffen. Haud leve pondus addunt verba finalia art. 130 & 137. C. C. C. quibus arbitrio iudicis relinquitur externi apparatus augmentum vel deminutio, vil oder wenig, nach ermessung der Person und tödtung. Quocunque igitur se vertat Carpozvianum Lyceum, nil nisi leges offendet, sibi aperte contrarias.*

§. XXVI.

Leyseri & Kressii sententia non admisse.

Facilius admitti posset illorum sententia qui cum LEYSERO ¹⁶⁵) tres conatus constituunt gradus; in primo, quando valetudo ejus, cui venenum datum, irreparabile damnum accepit, ordinariam C. C. C. pœnam dictant, eo tamen addito temperamento, ut iudex, si hoc ei æquum videat

165) Spec. 609. m. 15. fgg.

tur, rotam & culeum in gladium mutare possit; in *secundo* gradu, quo is, qui venenum sumit, pristinam valetudinem recuperavit, poenam ultimo supplicio proximam statuunt; in *tertio* denique gradu, quum venenum, antequam fumeretur, deprehensum sit, omnia iudicis arbitrio permittunt. Attamen ne quidem hæc sententia legibus ex assè respondet; *tum*, quod *art. 130. C. C. C.* verba *an Leib oder Leben beschädigt*. indistincte quamcunque læsionem *sanitatis* i. e. integritatis actionum corporis & animi ¹⁶⁶⁾ comprehendant; & non distinguente Lege, Jcti non sit distinguere; *tum*, quod in criminibus atrocioribus non tam læsio illata attendatur, quam *sceleratus* ac *hostilis animus* ¹⁶⁷⁾; *tum* etiam, quod difficillima immo incerta sit Medicorum decisio, quænam læsio sit sanabilis, quænam insanabilis; præsertim, quum venena acuta, depulsis symptomatibus violentis, haud raro abeant in venena lenta, quorum actio tam occulta est, ut mors, elapsis demum quibusdam annis secuta, alienæ causæ adscribatur ¹⁶⁸⁾, & ita periculosissima veneficia, venenis quæ scilicet lentis committuntur, impunita maneant; *tum* denique, quia iudici permissum non sit, sub æquitatis specie poenam ordinariam in mitiorem gladii commutare.

Ob easdem rationes multo rarius legibus conveniens est KRESSII ¹⁶⁹⁾ sententia, qui spreta in omni Conatu ordinaria poena, in casu, quo perpetua invaliditas supervenerit, ad summum decollationem admittit.

§. XXVII.

Decisio ex C. C. C.

Stat ergo hæc veritas: in crimine veneficii, quamcunque

¹⁶⁶⁾ HOFFMANN *Med. Syst. T. II. P. I. c. 2. §. 4. p. 56.*

¹⁶⁷⁾ BOEHMER *Obs. IV. n. 5. ad Crispz. P. I. q. II. Et ad C. C. C. art. 178. §. II.*

¹⁶⁸⁾ cf. STENTZEL *de Venenis temporar. HOFFMANN l.c. T. IV. P. III. S. II. c. 8. Obs. 4. p. 606.*

¹⁶⁹⁾ *ad C. C. C. art. 130. §. 4.*

cunque læsionem veneno illatam, ordinaria C. C. C. pœ-
 na plectendam esse. Hæc sententia non dura est, sed æqui-
 tati fatis amica. Neque enim, æquitatem solo justitiæ tem-
 peramento & *miseriordia*, ut vulgo sentiunt, absolvi, sed
 in rationabili & objecto convenienti juris applicatione con-
 sistere, & rigorem pœnarum ordinariorum ob singulares
 rationes æque comprehendere, bene observat BOEHMER
 170). Quam sororio vinculo hæc sententia cum sanæ Juris-
 prudentiæ criminalis junctæ sit principiis, erudite demon-
 stravit quoque ALOYSIUS CREMANIUS 171) licet aliter de
 LL. Romanis sentiat (§. 22). Eidem fere nostræ sententiæ
 favere videntur præcipue ZIRIZIUS 172), BEYERUS. 173),
 & modo laudatus BOEHMER 174), qui tamen in duobus me-
 quidem non habet consentientem. *Alterum*, quod statuat, ces-
 sante læsione eaque antidotis *tempestive*, antequam nocere
 potuit, impedita, propinationem quidem in factum illicitum
 degenerare, sed a notione veneficii abesse, & *ausum*
 non *consummatum* continere. Aliud dicendum esse, si alter
 tormina sensit, & *status morbosus* secutus, sed medicamen-
 tis sensim repulsus, a quo læsio abesse nequit. Quodsi hæc
 verba, prouti posita sunt, sumas, contradictionem involve-
 re videntur; quid enim cessans læsio antequam nocere po-
 tuit? Si autem auctoris sententia hæc est, quod effectus ve-
 neni tempestive interruptus, ita ut sanitas brevi restituta es-
 se videatur, non tanquam læsio considerari debeat; justo stri-
 ctius interpretatur verbum *beschädiget*, sub quo levior æque
 ac gravior, transitoria, æque ac permanens læsio compre-
 henditur. Nec rationes desunt, quæ legislatorem ad talem decisio-
 nem perducere potuerint. Ut enim taceam, quod reus ex
 sua parte omnia ad consummationem necessaria fecerit; vix
 est, quod talis homo ob rationes de incertitudine læsionis

170) *Obs. V. ad Carpz. P. I. q. XXI.*
 171) *de Jur. crim. T. I. L. I. P. I.*
 c. 1. §. 3. 149. & c. 5. §. 51.

172) *ad C. C. C. art. 130.*
 173) *ad C. C. C. art. cit. Posit. 13.*
 174) *ad C. C. C. art. cit. §. 1. §. 3.*

allegatas perfecte sanatus dici queat. Hæc tamen quæstio rarius occurret, quum in levissima læsione vel veneni suspicio haud facile oriatur, vel, quod datum est, venenum non sit.

Alterum in quo BŒHMERO non adfentior, est; quod, morte ne quidem per intervallum secuto, pœnæ ordinariæ commutationem, in mitiorem quæ gladii est, non invitus concedat ¹⁷⁵); quod, nisi aliæ rationes mitigantes adfuerint, nec in hoc casu fieri posse, ex supra dictis patet.

C A P U T. II.

De pœna.

§. XXVIII.

LL. Mosaica, Persica, Græca.

Leges Mosaicæ nullam pœnam singularem in Veneficos statuerunt, sed mortis pœnam in genere iis dicant, qui hominem dolose occiderunt ¹⁷⁶).

In Persia veneficos ita punitos fuisse, ut in amplo lapide caput impingerent, rursusque alio superinducto illud effringerent, testatur PLUTARCHUS ¹⁷⁷).

Apud Græcos, qui alicui veneno insidias struxerit, ab Areopagi iudicio ad mortem condemnabatur ¹⁷⁸).

XXIX.

LL. Romanorum antiquæ.

Quum populus Romanus Regum manu gubernaretur, nulla veneficia occurrerant. Quare vix legem invenies, quæ hocce crimen vindicavit. Distinctius de veneficio locuti sunt Decemviri circa a. U. C. 303. quo priores XII. Tabb.

¹⁷⁵) *Obs. P. ad Carpz. l. c.*

¹⁷⁶) *Genes. IX. 6. Exod. XXI. 12.*

Num. XXXV. 16. cf. c. l. X. de Homicidio.

¹⁷⁷) in *Artaxerxe.*

¹⁷⁸) *Potters Archæol. 1. Th. 1. B. Cap. 19. p. 212. S. p. 359.*

promulgatæ & centuriarum suffragiis probatæ fuerunt ¹⁷⁹). Harum LL. *tabula VII* ita statuit: QUI MALUM CARMEN INCANTASIT, MALUM VENENUM *faxit duitæ* PARICIDA ESTO. Nihilominus tamen ex hac L. ad commissa jam tum temporis veneficia concludi nequit; si vera sunt, quæ LIVIUS ¹⁸⁰) narrat, de veneficiis quæsitum non fuisse ante annum ab U. C. 422. quo ad centum septuaginta matronæ hujus criminis reæ damnatæ dicuntur. Non possum, quin hac occasione I. V. GRAVINAM contra inculpationem defendam, quam illi gratuito fecit auctor quidam, operis, quod *Encyclopediam* vocant, socius ¹⁸¹), dum asserit, Jctum illum absque ratione statuisse: nullam, ante annum U. C. 422 legem contra veneficos latam esse; quum a. U. C. 304. L. XII. *Tabb.* hæc facinora coërcuisset. Sed absque ullo fundamento; quum ipse GRAVINA disertis verbis doceat, LL. Decemvirales pœnam veneficis dictasse ¹⁸²); verba autem, quæ captat auctor Gallus, ex LIVIO ¹⁸³) desumpta sint. Quæstionem itaque sive inquisitionem in crimen cum legis pœnalis latrone confudisse videtur.

Postea temporis *Legem Semproniam* contra veneficos latam esse ex CICERONE ¹⁸⁴) colligi potest.

§. XXX.

L. *Corneliæ Historia succinata.*

Ad celeberrimam nunc *Legem Corneliam de Sicariis* & *Veneficis* progredimur. Nomen habet ab ejus auctore L. CORNELIO SULLA *Dictatore*, qui pluribus I. L. suo nomine insignitis rempublicam instruxit, quas omnes anno ab U. C. 671. vel insequentibus perlatas esse putat HEINECCIUS ¹⁸⁵). De

179) HEINECC. *Hist. Jur. L. I. c.* p. 222.
 2. §. 26. 183) l. c. cf. GRAVINA l. c. L. III. c. 103. *Op. T. II.* p. 438.
 180) *Hist. L. VIII.* c. 18. 184) *Orat. pro Cluentio* c. 56.
 181) *Encyclopædie*, art. *Poison*. 185) *Hist. Jur. L. I. c.* 3. §. 92. *El. in Ejusd. Oper. ed. Lips. 1717.* 4. T. I. *Pand. P. VII.* §. 198.

criminibus, quæ L. Cornelia vindicabat, non inter omnes constat. Eadem Lege de *ficariis*, *veneficis* & *parricidis* fuisse actum, quamvis diversis prætoribus essent demandatæ hæ quæstiones, cum PITHÆO¹⁸⁶⁾ & SCHULTINGIO¹⁸⁷⁾ putat HEINECCIUS¹⁸⁸⁾ atque auctores allegat, qui varia hujus Legis capita nobis servaverunt. Hodie tria potissimum L. capita de *Sicariis*, *Veneficis* & *Incendiariis* superesse idem auctor statuit¹⁸⁹⁾. Quatuor fuisse Leges, sive potius Capita L. Corneliæ I. de *ficariis* & *veneficis*, II. de *falsis*, III. de *parricidis*, IV. de *injuriis*, totidemque a SULLA prætores creatos, qui has quæstiones sigillatim exercerent, existimat GABRIEL DE BELLIS¹⁹⁰⁾. Denique DRYFHOUT¹⁹¹⁾, quod capituli *quinti* mentio fiat in L. 3. pr. ff. ad L. Corn. de sic. ad minimum quinque capita fuisse statuit, in quorum I. de *ficariis* & *homicidiis*, II. de *magistratu ex proposito innocuum capitis damnante*, III. de *veneficiis*, IV. de *falso teste in judicio publico*, V. de *incendiariis* actum sit. Plura de hac re differuerunt MATTHÆUS¹⁹²⁾, GRAVINA¹⁹³⁾, SIGONIUS¹⁹⁴⁾, RAMOS¹⁹⁵⁾ aliique.

Quicquid sit, varia crimina, inter quæ *veneficium* legitur, sub *Titulo ad L. Corneliæ de ficariis & veneficis* in *Digesta* relata sunt, pœna, quæ ibi statuitur, plectenda Ad hanc legem, tanquam supplementa accesserunt plura SCta, quorum non omnium auctores aut tempora producuntur, & quæ legis sententiam extendunt, restringunt atque explicant. Eleganter ea pro more suo illustravit GRAVINA¹⁹⁶⁾.

186) ad collat. LL. Mos. & Rom. l. 2.

187) ad Pauli Rec. Sent. V. 24. 1. pag. 513.

188) *Antiq. Roman. L. IV. T. 18. §. 58.*

189) *El. Pand. P. VII. §. 198. cf. MATTHÆI de Crim. Lib. XLVIII. Tit. V. c. 1. pr.*

190) in *Traict. de Delict. in gen. & in spec. de crim. las. maj. ficarius, item de veneficiis*; in *es. Oper. posthum. ad sj. fil. ed. Lugd. 1645. e.*

191) *Diss. de Homic. venef. & matrem. Lugd. Batav. 1760. c. 2. p. 28.*

Idem etiam de *caussa impulsiva L. Corn. mentionem fecit cap. cit.*

192) *de Crim. ad Tit. L. Corn. de S. & V. c. 1.*

193) *cap. cit.*

194) *de Judic. L. I. c. 31.*

195) in *Triboniano s. errorib. Tribon. de Pœna parric. Lugd. Bat. 1728.*

196) *l. c.*

L. Cornelia pena.

Legis Cornelia penam sinit PAULUS¹⁹⁷) & MARCIANUS¹⁹⁸), qui ita loquitur: *Legis Corneliae de fisciis & veneficis pena insulae deportatio est, & omnium bonorum ademptio &c.*

Quum autem deportationis poena tunc temporis nondum recepta fuerit, sed sub Augusto demum introducta¹⁹⁹); aquae & ignis interdictionem deportationi substituendam esse, cum CUJACIO²⁰⁰) autumat HEINECCIUS²⁰¹). Sub Imperatoribus deinde *deportatio* in locum prioris poenae successit sine discrimine, cujus quis esset conditionis, uti ex *cit. L. 3.* apparet. Hoc autem postea mutatum fuit ita, ut pro personarum qualitate modo major, modo minor poena locum haberet: *Sed solent hodie, inquit MARCIANUS²⁰²), capite puniri; nisi honestiore loco positi fuerint, ut penam Legis sustineant: humiliores enim solent, vel bestiis subjici, altiores vero deportantur in insulam.* Cum eo conspirat MODESTINUS²⁰³) & CALLISTRATUS²⁰⁴).

Ex his LL. patet, jus Digestorum distinxisse inter *honestiores* s. *altiores*, i. e. dignitate quadam conspicuos, atque *humiliores*. Quod ad illos attinet, sancitum est ut²⁰⁵) *penam Legis*, scilicet *deportationem* sustineant. Hi autem *solent hodie capite puniri & vel bestiis subjici*. Hanc autem poenam non indilincte ad omnes, qui *humiliorum* denominatione veniunt, extenderem, quod tamen plures cum Glossa fecisse vi-

197) *Rec. Sent. V. 23. §. 1.*
 198) *in L. 3. §. 5. ff. ad L. Corn. de S. & V.*
 199) CUJAC. *Obs. L. VI. c. 39.*
 200) *Interpret. J. Pauli Rec. Sent. V. 23. §. 1.*
 201) *Antiq. Rom. l. c. & Hist. Jur. l. c. in nota.*
 202) *in L. 3. cit.*
 203) *in L. 16. eod.*

204) *in L. 23. §. 9. ff. de Penis.*
 205) *Fulg. & Hal. habent quam ut.* Hanc lectionem si admittis, sub poena L. Corn. *capitis poena*, quae proprie non est L. Corn. subintelligenda erit. *Cod. Flor.* lectio a consuetudine dicendi norma paullulum aberrare quidem videtur; sed ex altera parte planiorem patitur interpretationem.

dentur, sed solummodo ad vilissimæ conditionis homines. Personæ autem, qui inter hos & altiores quasi fluctuant, quas sub iis, qui *in secundo gradu* positi sunt, intelligere videtur MO DESTINUS ²⁰⁶); cum CUJACIO ²⁰⁷), SCULTINGIO ²⁰⁸), HEINECCIO ²⁰⁹), ad gladium damnatos fuisse putarem. Ut ita sentiam, me movent non solum dicta MO DESTINI verba, *in secundo gradu*, sed & quod Idem capitis pœnam in Decuriones facilius admittat ²¹⁰), qui tamen in aliqua dignitate viventes ²¹¹), insignibus in foro pœnali privilegiis gaudebant, vi quorum ad metalla vel ignem vel furcam sive potius crucem, pœnam illi bestiarum æqualem ²¹²), tanquam vilissimorum hominum supplicia ²¹³), damnari non poterant ²¹⁴): Immo, quod plus est, *Divus HADRIANUS & Divi Fratres* eos plane capite puniri prohibe-

206) L. 16. ff. ad L. Corn. de S. & V.

207) *Interp. J. Pauli R. S. V.* 23.

208) ad J. Pauli R. S. V. 23. §. 1. in *Jpr. vet. Ant. Just.* cui tamen non in omnibus consentio; uti mox videbimus.

209) *Antiq. Rom. L. IV. T. 18. §. 71.*

210) L. 16. cit. Nec obstat contorta SCHULTINGII interpretatio Pauli R. S. V. 23. §. 1. in *Jpr. Vet. A. J.* qui *res hoc* refert ad pœnam deportationis, quasi illa *facilius* decurioni infligi possit. Dubitatio enim in L. 16. exinde orta esse videtur, quod Decuriones minori dignitate gaudebant, & eorum honores onera vix æquabant, adeo, ut aliquando cogendi essent municipes ad nomina curiæ danda. L. 38. C. de Decur. ut ad decurionatum, aliis deficientibus, etiam admitti fuerint spurii & ex incestu nati, L. 3. §. 2. L. 6. ff. *ead.* itemque filii reorum criminis, L. 2. §. 7. ff. *ead.* ut denique tot privilegiis invitandi essent municipes ad hanc dignitatem obeundam. Ex quorum numero illud L. 15. ff. de Pen. & L. 6. §. 2. ff. de Interd. & Releg. Hinc *facilius* capite puniuntur, sed nonnisi ex rescripto Principis, quo decurionis

privilegium tollitur, si ob criminis enormitatem id Principi visum sit; nisi forte tumultus aliter sedari non possit; tunc enim reum punire debet, deinde ad Imperatorem scribere. L. 6. §. 9. ff. de *injusto* & c. Huic quoque sententiæ favere videtur DIONYS. GOTTFRED. in *notis* ad L. 16. cit.

211) L. 6. l. 7. L. 12. ff. de Decurion. & *fil. cor.* L. 3. C. *ead.*

212) PAUL. R. S. V. 23. §. 1. Notum est, *Tribonianum* furcam cruci, ubi occurrit, fere semper substituisse.

213) FRID. ESAJ. PUFENDORFII de *Culpa Comment. Juris Nat. & Civ. Lemgoe 1741. 8. P. VIII. c. 2. §. 6.* Hinc est, quod SÆTONTIUS in *Gelba c. 9.* hunc Imp. in coercendis delictis vel immodicum appellat, quod tutorem, qui pupillum, cui substitutus heres erat, veneno necaverat, cruce affecerit: implorantique leges, & civem Romanum se testificant, quasi solatio & honore aliquo pœnam levaturos, mutari, multoque præter ceteras altiores & dealbatam statui crucem jussit.

214) L. 9. §. 11. ff. de Pen.

runt, nisi qui parentem occidissent: sed ut poena L. Corneliae sc. *deportatione* punirentur, plenissime caverunt ²¹⁵). His accedit, quod gradus poenae apud humiliores, qui deportationi apud honestiores respondet, ordinarie sit gladius ²¹⁶) quam poenam quoque libri βασιλικῶν ²¹⁷) habent. Facilius admitterem, dirissimam istam poenam, ob graviora, quae rem circumstant, momenta, quandoque personis in secundo gradu constitutis dictari posse; regulariter vero decollationem obtinere. Inde lucem capiunt, quae memorat PAULUS ²¹⁸) honestiores poena capitis plecti, humiliores vero in crucem tolli aut bestiis objici. Nisi enim hic sub honestioribus cum HEINECCIO ²¹⁹) eos intelligas, qui in *secundo gradu* sunt, hunc locum vix alio modo cum supra allegatis LL. conciliare poteris. Lubenter tamen meliorem interpretationem ab aliis exspecto.

Ex his itaque sequitur, honestiores personas lenius puniri, quam humiliores, & inter hos durius vilissimae conditionis homines; quae distinctio & in aliis criminibus apud Romanos usitata fuit ²²⁰).

§. XXXII.

An discrimen personarum abrogatum sit?

L. Julia. &c.

Denique hoc personarum discrimen sublatum, & omnibus tam honestioribus, quam humilioribus capitis poenam praestitutam esse, §. 5. J. *de publ. judic.* asserunt MATTHÆUS ²²¹), SCHOEPPER ²²²), LAUTERBACH ²²³), CARPZOV ²²⁴) & plerimi veteres juris criminalis DD. ab hoc auctore citati.

²¹⁵) L. 15. ff. *cod. L. 6. §. 2. ff. de Interd. & Releg.*

²¹⁶) PUFENDORF l. c. §. 28.

²¹⁷) *ad Tit. L. Corn. de Sic. & Ven.*

²¹⁸) *Rec. Sent. V. 23. §. 1.*

²¹⁹) *Antiq. Rom. L. IV. T. 18. §. 61.*

²²⁰) L. 38. §. 9. ff. *de Pœnis*, PUFENDORF *cap. cit.*

²²¹) *de Crim. L. XLVIII. T. V. c. 3. §. 1. & c. 5. §. 3.*

²²²) *Synops. Jur. priv. Rom. & fo. renf. Tit. ad L. Corn. de Sic. & venef. n. 62.*

²²³) *Compend. Jur. eod. Tit.*

²²⁴) *P. I. q. XX. n. 15. sq.*

Verba §. 5. ita se habent: *Item lex Cornelia de sicariis, quæ homicidas ultiore ferro persequitur... Eadem lege & venefici capite damnantur, qui artibus odiosis, tam venenis, quam surris magicis homines occiderint, vel mala medicamenta publice vendiderint.* Rectius tamen sentire videntur, qui cum HEINECCIO ²²⁵⁾ atque BOEHMERO ²²⁶⁾ statuunt, ordinis personarum rationem & jure Institutionum habendam esse. Ut enim taceam, Institutiones ex ipsius JUSTINIANI testimonio mediocrem isugogen esse ²²⁷⁾, prima tantum legum argumenta continere ²²⁸⁾, & in specie titulum de judiciis publicis eo sine scriptum esse, ut tironibus possibile sit summo digito & quasi per indicem ea tetigisse ²²⁹⁾; adeoque Imperatorem solummodo præcipuas poenas indicare voluisse, diligentiorum vero delictorum poenarumque scientiam ex latioribus Digestorum & Codicis libris hauriendam præcepisse ²³⁰⁾; personarum discrimen haud obscure confirmat §. 7. J. de publ. jud. Inspiciamus ipsa verba: *Ejusque legis Corneliæ de falsis poena in servos, ultimum supplicium est (quod etiam in lege de sicariis & veneficis servatur); in liberos vero deportatio.* Num igitur L. Corn. de falsis caput fuerit L. Corn. de Sic. rimentur alii ²³¹⁾. Illud tantum volo, quod, si veneficium absque personarum discrimine ultimo supplicio puniri voluisset JUSTINIANUS; tota hæc parenthesis absque ulla ratione posita esset atque lectores in errorem duceret.

In alia omnia abit ALOYS. CREMANIUS ²³²⁾, qui absque fundamento statuit, veneficii poenam primo aquæ & ignis inter-

²²⁵⁾ El. Pand. P. VII. §. 199. Ej. H. J. L. I. c. 3. §. 92. in not.

²²⁶⁾ ad C. C. C. art. 130. §. 4. Aliud tamen legitur in Ejusd. Elem. Jrd. Crim. §. II. c. 16. §. 218. noviss. recu. Hale 1774.

²²⁷⁾ Const. Dedit. §. 11.

²²⁸⁾ Const. Tanta. §. 11.

²²⁹⁾ §. ult. I. de Publ. jud.

²³⁰⁾ §. 8. & ult. eod.

²³¹⁾ Conferas interim L. 1. §. 13. L. ult. ff. de L. Corn. de Fals. L. 22. C. eod.

²³²⁾ de Jur. Crim. T. I. S. I. P. I. c. 5. §. 200.

interdictionem, postea deportationem, tandem ultimum supplicium fuisse.

Hæc de pœna ipsa L. Cornelia. Silentio non prætereundum est, veneficos ut & alios graviorum criminum reos vel die feriato tormentis subjici potuisse ²³³); istos etiam majorum sepulchro privatos fuisse ex CICERONE ²³⁴) patet. Denique veneficii damnatæ mulieris dos publicari solebat, falvis tamen marito adversus fiscum actionibus; quod in paucis modo a reliquis criminibus exceptis obtinet. Alias enim damnatæ mulieris dos penes maritum manebat ²³⁵). Illa tamen dispositio postea temporis sublata esse videtur ²³⁶).

Veneficia post L. Corneliam coercuit quoque *Lex Julia de cæde & veneficio*, ad quam alludit NERO ²³⁷) quod autem in Corpus Juris Justinianicum receptum non est. De illa legi meretur NOORDKERKIUS ²³⁸) & SCHUBARTUS ²³⁹).

§. XXXIII.

Praxis veterum Germanicæ originis gentium.

Veteres Germanicæ originis gentes varie de veneficii crimine sensitse, & pro morum atque temporum ratione a multa usque ad pœnam ignis, immo *vividefossionis* ascendisse docet BOEHMER ²⁴⁰).

§. XXXIV.

Sententia Juris Carolini.

NEMESIS CAROLINA distinguit inter masculos & feminas. Illis rotam, his culeum dictat. De modo crurifragii silet. Illud vero ab inferioribus partibus inchoare debere, exinde colligo, quod CAROLUS V. ad pœnam exasperandam forcipum inprimis candentium prehensionem dictaverit, quod

²³³) L. 3. C. de Episc. Aud.

²³⁴) Orat. pro Cluentio C. ult.

²³⁵) L. 3. §. 99. ff. de bon. damnat. cf. h. Diss. §. ult.

²³⁶) N. 134. c. ult.

²³⁷) SUTTON. in ejus vita c. 33.

²³⁸) Disquis. de L. Petronia.

²³⁹) de Fatis Jurispr. Exerc. III. §. 52. p. 595.

²⁴⁰) El. Jyrd. Crim. S. II. c. 20. §.

²³⁷) & ad C. C. art. 130. §. 5. cf. ALOYS. CREMANIUS in Epistola ad Lampredium, Tract. de Jur. Crim. præmissa p. 24.

probabiliter non fecisset, si in ipsa exsequendi methodo poenam aggravandi medium superesse voluisset. In praxi tamen mitior, quæ a *superioribus* partibus fit, executio obtinet, altera ad casus graviore^s reservata ²⁴¹). Feminis *culleum*, tanquam mitius supplicium, favore sexus impositum esse, contra CARPZOVIVM ²⁴²) & WERNHERUM (strenue defendit BOEHMER ²⁴³); licet in praxi Saxonie electoralis etiam feminae *rotæ* supplicium subeant ²⁴⁴). Quam maxime differt a LL. Romanis jus Carolinum, quod sexus, non autem conditionis rationem habeat ²⁴⁵) adeo, ut etiam Medicum, qui ex proposito fata ægri medicamentis properavit, eadem, quæ veneficum poena plecti jubet CAROLUS V. C. C. art. 134. *Sett aber eyn Artzt solche tödtung willigklich gethon, so wer er als eyn fürsetzlicher Mörder zu straffen.* Cum illis e contrario in eo concordat, quod levior fors expectanda non sit illi, qui veneno *lento*, quam qui *acuto* necavit ²⁴⁶). Immo illum gravius puniendum putat I. F. W. DE NEUMANN ²⁴⁷). Vera ne sit, hujus auctoris sententia, in dubium vocat PÜRTMANN ²⁴⁸). hujusque quæstionis decisionem aliis relinquit. Liceat mihi æque ancipiti in utramque partem quædam disputare, nulla tamen abscisse adjecta decisione. Ex *altera parte* pro NEUMANNI sententia afferri potest, quod is qui venenum lentum dat, hominem lenta tæbe excruciet, adeo, ut ei mors sit solatium. Accedit, quod rei per totum plerumque, quod languescenti superest vitæ curriculum, amicitiam sinulent. Tum etiam exemplo opus esse videtur in criminis specie, quæ rarissime detegitur, nihilominus tamen certissimam mortem parat. Et quamvis CAROLUS V. poenæ exasperationem inprimis ob personarum conjunctionem præceperit, casus tamen similes aut plane graviore^s non exclusisse videtur.

Ex *altera parte* opponi posset, Imperatorem non distin-

241) LUDOVICI art. 130. C. C. C.
 242) P. I. q. XX. n. 22. sqq.
 243) *Obs. II. ad Carpz. q. c.*
 244) CARPZ. & BOEHMER II. ec.
 LEYSER Sp. 609. m. 9.

245) BEYER ad C. C. C. Pof. I.
 246) WERNHER P. III. *Obs.* 75.
 247) *de delict. & poen. Princ. p.* 79.
 248) *Elem. Jur. Crim. L. I. c. 24.*
 §. 369.

ziffe inter *venenum acutum & lentum*, sed simpliciter scrip-
siffe *Gist*; tum etiam in rubrica *art. 130 C. C. C.* verba
heymlich vergeben omnia venena comprehendere, quibus
uti possunt venenarii.

Quicquid sit, anceps hæreo, an non cautum judicem
in mitiori potius pœna subsistere deceat, quam interpreta-
tione Legum pœnæ molliendæ sint potius, quam exaspe-
randæ ²⁴⁹): nisi & aliæ rationes pœnam aggravare suaserint,
de quibus mox sermo erit. PÜTTMANN ²⁵⁰, certe hoc dif-
crimen in foro attendi affirmare vix ausit.

Nullum quoque discrimen faciendum esse, an in ve-
eneficio mors secuta sit, an non, supra probavimus. In
praxi tamen pœnam ordinariam, morte non secuta, locum
non habere, testantur BOEHMER ²⁵¹) MEISTER ²⁵²) alii-
que. Silentio hic premendum non est, dari casum, ubi
venenum propinatum fuisse dicitur, & ubi tamen ordinariam
pœnam ipsæ leges non dicant: si scilicet id quod datum
fuit, nociva quidem materia fuerit, quæ vulgo *venenum*
appellatur, revera autem ratione modi quo datum, &
ratione personæ cui datum est, *venenum* non sit. Hic enim
nullum proprie veneficium adest.

Nil denique refert, *directe* an *indirecte* quis nocuerit,
modo animus necandi adfuerit.

§. XXXV.

De Gallia & servis coloniarum America.

In Gallia veneficium vi *Edicti LUDOVICI XIV.* ²⁵³) a LU-

²⁴⁹) *L. pen. ff. de Penis.*

²⁵⁰) *l. c.*

²⁵¹) *El. Jur. Crim. S. 2. c. 20. §.*

²⁵²) *Obs. IV. ad Corpz. P. I. q. II. &*
ad C. C. C. art. 130. §. 6.

²⁵³) *Princ. Jur. Crim. S. II. c. 22.*
§. 3.

²⁵³) *Ed. du Roi de 1682. (v. h.*
Diff. not. 15.) Notum est a. 1680. jam

speciale iudicium quod quæstionem de
veneficio exerceret, constitutum esse,
chambre ardente vocatum. Huic curiæ
occasionem dedit crescens veneficorum
numerus, inter quos chorum duxit fa-
mosa *d'Aubray de Brinvillier* ad gla-
dium damnata, accedente apparatu
quodam externo. v. *les Causes célèbres*
T. I.

DOVICO XVI. confirmati ²⁵⁴) ultimo supplicio punitur. Verba hujus Legis ita se habent. *Art. IV. seront punis de mort tous ceux, qui seront convaincus de s'être servis de venéfices & de poison, soit que la mort s'en soit ensuivie ou non, comme aussi ceux qui seront convaincus d'avoir composé ou distribué du poison pour empoisonner.* Et *Art. V. Ceux qui seront convaincus d'avoir attenté à la vie de quelqu'un par venéfice & poison, en sorte, qu'il n'est pas tenu à eux que ce crime n'ait été consommé, seront punis de mort.* Edictum hoc illustrat VOUGLANS ²⁵⁵) & JOUSSE ²⁵⁶), qui notabiles quasdam condemnationes affert.

Eodem fere modo salutem colonorum in America contra eorum servos, quorum multi veneficiis dediti sunt, prospectum est. Nam *Ordinatione Regia* cautum est, ut, qui venenum hominis necandi causa fecerint, vendiderint, dederint, quamvis irritum conatu, morte punirentur; & illi, qui rei notitiam habuerint, nec Procuratoribus Regiis illud denunciaverint, tanquam criminis fautores & participes tenerentur ²⁵⁷).

Britanni servos veneficos Jamaicae patibulo vel igne plectunt ²⁵⁸).

§. XXXVI.

Quando poena exasperatur aut commutatur?

Quandoque ordinaria veneficii poena, ob justam causam apparatu quodam externo exasperatur, aut plane in gravius supplicii genus commutatur. Si veneficium concarrit cum parricidio, jure Romano *reus culeo insutus cum cane & gallo gallinaceo & vipera & simia inter ferales angustias comprehensus, serpentium contuberniis misceatur; & ut regionis*

²⁵⁴) *Declar. du Roi de 1730.* (v. h. D fl. not. 15.)

²⁵⁵) *Inst. au Dr. crim. Traité des crimes. T. IV. ch. 3.*

²⁵⁶) *Traité de la justice criminelle de France. T. IV. P. IV. t. 42. p. 41.*

²⁵⁷) *ORDONNANCE DU ROI sur les venéfices & poisons art. 1. 2. 1724.*

Fevr. cf. EHRLÉN Diss. de Servis Ethiopibus Europaeorum in coloniâ Aus-

rica. Argent. 1778. p. 60.

²⁵⁸) *Idem l. c. p. 61.*

qualitas tulerit, vel in vicinum mare, vel in ansem projec-
tur, ut omni elementorum usu vitus carere incipiat, & ei
caelum supersitit, terra mortuo auferatur ²⁵⁹). Nec quic-
quam remittitur, si quis emit venenum, ut patri daret,
quamvis dare non potuerit ²⁶⁰). Frater autem ejus qui
emit eum cognovit tantum nec patri indicavit, relegatur, &
Medicus supplicio afficitur ²⁶¹). Parricidii poena tenentur
etiam criminis conscii, ut & qui ad scelus committendum
pecuniam crediderunt, aut credendam quænaverunt ²⁶²).
Hanc culei poenam repetiit *Const. Sax. 3. P. IV.*

Jure Carolino poena ordinaria veneficii locum habet,
accedente trahæ impositione & forcipum ustulatione, modo
ab *art. 13. C. C. C.* ad quem verba *einem vorgesezter
Mörder gleich*, respiciunt, præscripto. Augmentum poe-
næ tuitinere etiam, qui alios *consanguineos, affines*, ut &
herum. non autem, qui *adoptivum* necant, docet BOEH-
MER ²⁶³). Idem dicendum, si veneficium concurret cum
assassinio. Aggravatur quoque poena, si crimen iteratum
fuerit ²⁶⁴) aut plures inde perierint. Inde etiam videtur
ratio petenda, cur antiquum *jus provinciale Saxonicum* ²⁶⁵)
quod veneficis poenam ignis interminabat, retinuit *Const.
Elect. Sax. 18. P. IV.*, quod ad eos, qui pascua inficiunt;
modo damnum homini datum fuerit ²⁶⁶). Id quod tamen
ad quadrupedes restringi, nec ad volucres extendendum ef-
se, existimat LEYSER ²⁶⁷). Curia suprema Parisiensis die
31. Martii 1764. eos, qui globulos venenosos in prata spar-
serunt, relegavit ²⁶⁸).

An verum sit, *exasperationem* poenæ ad solam necem
restringendam, non autem ad aliam *lesionem* extendendam esse,

²⁵⁹) *L. 9. ff. de L. Pomp. de Parric.
L. un. C. de his, qui par. vel lib. occid.*

²⁶⁰) *L. 1. ff. de L. Pomp. de Parric.*

²⁶¹) *L. 2. ff. eod.*

²⁶²) *L. 6. L. 7. ff. eod.*

²⁶³) *ad C. C. C. art. 130. §. 7.*

²⁶⁴) *CARPZOV. q. XXX, in fin.*

²⁶⁵) *Landr. L. II. art. 13. vers.
welcher Christenmann.*

²⁶⁶) *KRESS. art. 130. §. 5. C. C. C.*

²⁶⁷) *Spec. 609. m. 21. sq.*

²⁶⁸) *Arrêt in Journal econom. Jan-
vier 1765. p. 27.*

quod ex verbo *tödtung* cum STEINIO ²⁶⁹) colligit BOEHMER ²⁷⁰) addubito, quum *lesio* & *occisio* pari passu ambulent in *art.* 130. & vox *tödtung* hic sit nomen genericum, sub quo veneficium tanquam species continetur, ut ex rubro elucescit, ubi eadem vox occurrit.

In Gallia supplicium usque ad pœnam *rota* aut *ignis* aggravari potest ²⁷¹). Hanc ultimam dispositionem nuper quoque secutus est Senatus Argentoratensis, in puella, quæ fratrem suum, ut illius heres existeret, veneno necavit, ejusque uxorem & famulam vehementer læsit; licet ordinatæ secundum C. C. C. in judiciis criminalibus pronunciet; ea potissimum ratione adductus, quod pœna aquæ, quæ in C. C. C. dictatur, jamdudum in nostra civitate extra usum sit.

§. XXXVII.

Quando pœna mitigatur.

Nonnunquam ob varias rationes pœna ordinaria mitigatur, & vel in gladium vel plane in minorem & extraordinariam commutatur. Sic pœnæ diminutionem sperare potest reus, qui pœnitentia ductus, se venenum dedisse statim confitetur, ut ægroto tempestive succurri possit; quo in casu, si æger moriatur aut languescente morbo corripiatur, de cujus desperant curatione medici, gravioris mortis genus, non autem mortis pœna exulat ²⁷²). Quodsi relevetur æger, tunc arbitrariam modo pœnam locum habere existimo; non solum ob æquitatem erga reum & analogiam juris ²⁷³), sed & ex ea ratione, ne rei de capitis pœna certi majorem spem in celando, quam in confitendo crimine habere coacti fere sint. Multo magis adhuc illud dicendum est, ubi factum

²⁶⁹) ad *Jus Lubecens.* T. III. §. 422.

²⁷⁰) ad C. C. C. *art.* 130. §. 7. In conatu tamen pœnam aggravari permittit. v. §. ult. *in fin.*

²⁷¹) DECLARATION DU ROI conc. les *Emp.* de 1780. *cit.* Immo pœna ignis in ordinariam fere transiisse videtur. cf. FERRIERE *art. homicide volontaire*, §. 4. „l'homicide, qui se commet par le

„poison, est puni de feu.” Tanquam ordinaria eadem pœna obtinet quoque apud Mediolanenses. *Const. Domini. Mediolan.* L. IV. tit. de Pœn. *in princ.* AL. CREMANIUS *de Jure Crim.* T. I. L. I. P. I. c. 5. §. 200.

²⁷²) cf. KRESS. ad C. C. C. *art.* 178. §. 4.

²⁷³) C. C. C. *art.* 178.

substitit in conatu, effectu non secuto 274). Ita quoque sentire videtur eruditus Advocatus ille generalis curiæ supremæ Grætanopolitanæ 275), dum contra LL. quæ hocce principium neglexerint, ita exclamat: *Est-il bien juste aussi que le dessein d'un meurtre, soit puni comme l'exécution? Et pourquoi nos loix nous ont elles ôté, contre le scelerat, la ressource du repentir?* Non tanta quidem clementia dignus est, qui in vitus crimen perficere non potuit 276); quo & ille referendus est, qui pascua, fontes &c. sine damno dato infecit; at tamen non mortis pœnam, sed extraordinariam pro facti ratione vel majorem vel minorem subire debet 277). Indulgentiam porro meretur, qui animo necandi fuerunt destituti; licet vel mera culpa vel cum nocendi cupidine conjuncta haud abfuerit.

Mitius quoque punitur reus, si de corpore delicti non plene constat; sive quod Medici justas dubitandi rationes circa qualitatem & effectum veneni afferant, sive quod cadaveris inspectio non rite facta sit, sive quod armis venenatis vulnus per se lethale inflictum sit 278). Denique ob justum dolorem pœnam mitigandam esse censeo, si v. g. reus talem occiderit, qui conjunctissimam sibi personam veneno interfecit; præsertim, si hic mortem occiso minatus sit, & reus eum sæpius monuerit, ne minas effectui daret 279). Nec tamen impunitate frui debet, qui crimen crimine vindicavit. Quare nullum applausum meretur Arcopagi judicium, quod neque damnavit, neque absolvit matrem familias Smyrnæam, quæ maritum & filium interemit, cum ab his optimæ indolis juvenem, quem ex priore marito enixa fuerat, comperisset occisum; sed inspecta causa, & accusatorem & ream post centum annos adesse jussit 280).

274) KRESS. I. c. §. ult.

275) Discours sur l'administration de la justice criminelle, prononcé par Mr. SERVAN, Avocat-Général au Parlem. de Grenoble. Dans ses Œuvres diverses, II. Vol. 12. imp. avec permiff. du Roi, à Lyon 1774. T. I. p. 98.

276) C. C. C. art. 178.

276) C. C. C. art. 178.

277) BOEHMER ad C. C. C. art. 130. §. ult.

278) Idem I. c. KRESS. ad C. C. C. eod. art. 130. §. 4.

279) Arg. Nov. 117. c. 15.

280) VALER. MAX. L. VIII. c. 1. & A. GELLIUS L. XII. c. 7.

CAPUT III.

De effectu civili.

§. XXXVIII.

Supereſt, ut de effectu civili in veneficio pauca commemoremus. Primum illud eſt, quod filii, qui vitæ parentum, aut parentes, qui filiorum vitæ per venenum inſidiari tentaverint, exheredari poſſint ²⁸¹). Porro conjux, alterum conjugem veneficio occupatum eſſe oſtendens, non ſolum cauſam divortii habet, ſed & dotem nec non antenuptialem donationem lucratur ²⁸²). Confirmatum hoc cum quibuſdam limitationibus *Nov. 117. c. 8. §. 9.* Deinde occiſi cognatis ex venefici bonis aliquid pro ſatiſfactione adjudicatum fuiſſe ex *Collat. leg. Moſ. §. Rom.* excuſpit cum *CUJACIO* ²⁸³) *HEINECCIUS* ²⁸⁴). Hanc ſententiam vero fundamento deſtitutam eſſe oſtendere conatur *SCHULTINGIUS* ²⁸⁵) atque *RITTER* ²⁸⁶).

Quicquid ſit, per veneficium læſis, pœna publica licet reo inſiſta, privatim quoque ſuccurrendum eſſe nullus dubito; quum privatam ſatiſfactionem, delicto læſis præſtandam, ex principiis juris tam naturalis quam civilis fluere ſatis doceant *BOEHMER* ²⁸⁷) atque *MEISTER* ²⁸⁸). Ita quoque *Curia ſuprema Pariſienſis* contra famoſam veneficam ex nobili genere ortam, in favorem cognatorum pronuncia- vit ²⁸⁹). Plura de quæſtione, quatenus ſatiſfactio privata in delictis locum habeat, legi merentur apud *QUISTORP* ²⁹⁰), qui illam ex profeſſo pertractavit.

281) v. ſupra §. 24. h7. Diff.
 282) *Nov. 22. c. 15. §. 1.*
 283) *Obj. XIV. 4.*
 284) *Hift. Jur. L. 1. c. 3. §. 92.*
 in not.
 285) ad *Collat. LL. Moſ. §. R. in Jrd. v. Ante-juſt. T. I. §. 11. p. 734.*
 286) in *Not. ad Heinecc. l. c. cf. NOODT. ad L. Aquil. c. 2.*
 287) *El. Jurispr. Crim. S. II. c. 1. §. 30.*
 288) *Princ. Jur. Crim. S. II. c. 1. §. 38. cf. Stölich ad C. C. C. L. II. T.*

20. von Abtrag der beſeidigten Freundſchaft.

289) Arrêt du Parlement de Paris rendu contre Dame Marie Marguerite d'Aubray Epouſe du Sieur Marquis de Brinçillier du 16 de Juillet 1676. dans les Causes célèbres T. I.

290) Beiträge zur Erläuterung verſchiedener mehrentheils unentſchiedener Rechtsmaterien aus der bürgerlichen und peinlichen Rechtsgelehrſamkeit. I. Band, Koſtock und Leipzig 1790. 8. 4tes Stück 14te Abhandl.

Straßburg, Diss., 1776-93

ULB Halle

005 359 813

3







7

1787, 1.

DOLOSO

JOHANNES L. SCHMAHANS

DE ARGENTINA

LE REISSEISSEN

ON. PROF. PUBL. ORD.
CANON.

MDCCLXXXI

SCUS EHRMANN

TENSIS

ORATI

Univerſitatis Typographi.

